

Handwritten text on the left edge of the book cover, partially obscured.

Jf
788



Mac. 12.



DE
DOCTORIBVS VETERIS ECCLESIAE
CVLPA CORRVPATAE PER PLATONICAS
SENTENTIAS THEOLOGIAE
LIBERANDIS
COMMENTATIO II.

QVA
AD AVDIENDAM ORATIONEM
IN AVSPICIIS MVNERIS
PROFESSORIS THEOLOGIAE ORDINARIJ
A. D. XV. OCTOBR. CIDIÖCCXCIII.
H. L. Q. C.
AB SE HABENDAM
HVMANISSIME INVITAT
D. CAROLVS AVGVSTVS THEOPHILVS KEIL
THEOL. P. O. DES. ET CONSISTORII LIPSIENSIS
ASSESSOR.

LIPSIÆ
EX OFFICINA SAALBACHIA.



DOCTORIBVS VETERIS ECCLESIAE
CVLPA CORRVPATAE PER PLATONICAS
SENTENTIAS THEOLOGICAE

LIBER ANDIS
COMMENTATIO

AD AUDIENDAM ORATIONEM
IN AUSTRIAE MUSEO
PROFESSORIS THEOLOGICAE ORDINARIAE

A. D. XX. NOVBER. MDCCCXXXII
H. L. C.
AD SE HABENDAM
IN THEATRO
D. CAROLVS AVGVSTVS THEOPHILVS LEH

LITIAE
ET OFFICINA BALSBERGII




Nunc igitur de celebratissima illa Theologiae christianae a doctoribus veteris ecclesiae admessa corruptela, quam dogmati de Λόγῳ vel Dei Filio dicuntur attulisse, et a qua omnis illa nimii in Platoniam philosophiam amoris accusatio primum fere exiit, disputaturus, denuo monendum esse arbitror me, dum huius corruptelae culpam ab iis defendere studeo, neququam id agere, ut recte omnia atque vel ipsi etiam Nicaenae fidei formulae nostraeque ecclesiae publicae doctrinae convenienter a doctoribus illis in hoc dogmate tradita esse contendam, quod praeter Baltum, in superioribus iam laudatum, et alios quosdam, magno olim studio ostendere conatus est Geo. Bullus ¹⁾, Anglus olim Episcopus, et nunc etiam sunt, qui offendi posse existiment. Quin potius ingenue fateor, eorum de hoc dogmate sententiam minime fuisse ita comparatam, ut vero consentanea decretisque post de eo constitutis atque probatis conveniens possit haberi; nec video, quid hoc libere fateri impediatur, cum nostri de hoc dogmate iudicii veritas neququam ab horum virorum auctoritate pendeat, sed ex sacrorum scriptorum consensu uni-

1) In *Defensione fidei Nicaenae de aeterna divinitate filii Dei ex scriptis SS. Patrum, qui intra tria prima saecula floruerunt*, Oxon. 1685. 4. et *Iudicio Eccles. cathol. trium saecul. de necessitate credendi, quod — Iesus Christus sit verus Deus*, ib. 1694. 8. quod utrumque scriptum subiecit Io. Ern. Grabii animadversionibus, vindicias utriusque libri maximam partem continentibus, adiectoque novo tra-

ctatu de primitiva et Apostolica traditione dogmatis de I. C. divinitate, repetitum deinde est in Eiusdem viri *Operibus*, cura Grabii editis, Lond. 1703. Fol. Ceteri potest de his scriptis libris adversus ea editis Io. Geo. Walchius in *der Einleir. in die Religionsfreiheit. ausser unferer Kirche*, T. IV. p. 195. et C. M. Pfaffius in *Introd. in histor. theol. liter. Part. I. p. 309. ff.*

G



unice sit aestimanda. Itaque hoc tantum contendo, eos, quicquid de hoc dogmate vel recte aut perperam tradiderint, non ex Platónica petiisse Philosophia, sed aliunde potius accepisse, nec potuisse eos pro suorum temporum hac de re opinionibus alium, quam quem vere secuti sunt, de eo statuendi loquendique modum sequi. Id autem ut planum faciam, primum omnium ipsa eorum de hoc dogmate sententia paucis videtur declaranda, idoneisque eorum testimoniis confirmanda; tum autem in fontes eius paulo diligentius erit inquirendum. Cum autem de priori a multis iam viris doctis perquam diligenter et accurate fuerit expositum²⁾, licebit mihi in eo denuo declarando nunc quidem esse breviori, inque excitandis potissimum illorum scriptorum testimoniis paucioribus acquiescere, plurium autem cognoscendorum causa ad illorum virorum scripta lectores amandare.

Continebatur autem doctorum nostrorum de Λόγῳ eiusque ad patrem relatione ac generatione sententia momentis fere his: Primum quidem Deum solum fuisse statuebant, ita tamen, ut eum ab aeterno inde secum habuisse Λόγον suum defenderent, quod his quidem

2) Petavium dico *dogm. theol.* L. I. c. 3. Huetium *Origenian.* L. II. quaest. II. p. 31. ff. Bruckerum *hystor. critica. Philos.* T. III. p. 367. ff. Semlerum in *Introduct. Polemic.* Baumgart. praemissa, Vol. II. et III. itemque in *historischen Sammlungen üb. die Beweistellen in der Dogmat.* Part. II. p. 1-239. Roeslerum in *Lehrbegriff der christl. Kirche*, p. 104-122. et in *Bibliorb. PP.* pluribus in locis, Doederleinium in *Institut.*

Theol. christ. P. I. pag. 354. ff. et Oelrichsium in *Commentat.* supra (not. 32.) iam laudata. Praeter hos autem testimonia etiam nostrorum scriptorum, quae huc pertinent, in compendio exhibuit Magnif. et S. R. Burscherus in *Ecclesiae christianae post Apostolos scriptorum antiquissimorum doctrina publica de Deo trinitate et de Iesu Christi persona*, Lips. 1780. 8.

dem verbis usi profitentur Theophilus Antioch. ³⁾ ἐν πρώτοις μόνος ἦν ὁ Θεός, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ Λόγος; et alio in loco ⁴⁾: Οὐ γὰρ ἦσαν αἱ προφῆται, ὅτε ὁ κόσμος ἐγένετο· ἀλλὰ ἡ σοφία ἢ ἐν αὐτῷ ἔσα ἢ τῷ Θεῷ, καὶ ὁ Λόγος ὁ ἅγιος αὐτῷ, ὁ αἰεὶ συμπαράν αὐτῷ; Tatianus ⁵⁾: ὁ δεσπότης τῶν ὄλων αὐτὸς ὑπέσχεον τῷ παντός ἢ ὑποστάσις, κατὰ μὲν τὴν μηδέπω γεγεννημένην πάσῃ μόνος ἦν· καὶ θὸ δὲ πᾶσα δύναμις ὀρατῶν τε καὶ ἀορατῶν αὐτὸς ὑπέσασις ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα. σὺν αὐτῷ γὰρ διὰ λογικῆς δυνάμειος, αὐτὸς καὶ ὁ Λόγος, ὅς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέσχεσι; Iulianus Martyr ⁶⁾: ὁ Λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων καὶ συνῶν, καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτῷ πάντα ἐκτίσει καὶ ἐκόσμησε; itemque alibi ⁷⁾: ἀλλὰ τῷτο τὸ τῷ ὄντι ἀπὸ τῷ πατρὸς προβληθὲν γέννημα, πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων συνῆν τῷ πατρὶ, καὶ τῷτο ὁ πατὴρ προσομιλεῖ; Athenagoras ⁸⁾: ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ Θεός, νῆς αἰδῖος ὢν, εἶχεν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν Λόγον, αἰδῖως λογικὸς ὢν; Clemens Alex. ⁹⁾: ἀγνοια γὰρ ἐχ' ἀπῆται τῷ Θεῷ, τῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου συμβάλει γενομένῃ τῷ πατρὸς. αὕτη γὰρ ἦν σοφία ἢ προσέχαιρειν ὁ παντοκράτωρ Θεός. δύναμις γὰρ τῷ Θεῷ ὁ υἱὸς, αἴτε πρὸ πάντων τῶν γενομένων ἀρχικώτατος Λόγος τῷ πατρὸς καὶ σοφία αὐτῷ; Irenaeus ¹⁰⁾: Non enim infelix es o homo, neque semper coexistebas Deo, sicut proprium eius Verbum; et alibi ¹¹⁾: Semper autem coexistens Filius Patri, olim et ab initio semper revelat Patrem etc. et denique Tertullianus ¹²⁾: Ante omnia

G 2

enim

- 3) *Ad Aurolyc. l. II. §. 22. p. 365.*
edit. Bened.
4) *Ibid. §. 10. p. 355.*
5) *Orat. ad Graec. §. 7. p. 20.*
edit. Worth.
6) *Apoloγ. II. §. 6. p. 74.* ed. Thal.
7) *Dial. c. Tryph. §. 62. p. 159.*
edit. Bened.

- 8) *Legat. pro Christ. c. X. p. 56.*
Lind.
9) *Strom. l. VII. §. 2. p. 832.* Pott.
10) *Adv. haeres. l. II. c. 25. §. 3.*
p. 153. Masfluet.
11) *Ibid. c. 30. §. 9. p. 163.*
12) *Adv. Prax. c. 2. Vol. II.*
Opp. p. 197. Senl.

enim Deus solus, ipse sibi et mundus et locus, et omnia. Solus autem, quia nihil extrinsecus praeter illum. Caeterum ne tum quidem solus habebat enim secum, quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. In hoc autem λόγῳ aperte omnes cogitarunt rationem vel intellectum Dei, quod vel ex allatis iam locis satis perspicue intelligi potuisset, existimem, inprimisque ex eo, quod Tatianus l. l. eum tradit διὰ λογικῆς δυνάμεως in Deo subfuisse, quodque Clemens Alex. eum dicit σοφίαν et δύναμιν¹³⁾. Suppetunt tamen et alia argumenta, quae id ipsum non minus luculenter declarant. Huc autem illud inprimis pertinet, quod Theophilus Antioch. eum dicit¹⁴⁾, τὸν λόγον, τὸν ὄντα διαπαντός ἐνδιάθετον ἐν καρδίᾳ Θεῶ, (vel ut alibi¹⁵⁾ habet, ἐν τοῖς ἰδίῳις σπλάγχνοις) tumque haec de eo addit: πρὸ γὰρ τι γίνεσθαι τῆτον εἶχε σύμβελλον, ἑαυτῶ, νῦν καὶ Φρόνησιν ὄντα, quodque Clemens Alex. eum diferte adpellat¹⁶⁾ ἐνόημια τῶ Θεῶ. Ita autem cum de λόγῳ huius natura statuerent, non potuerunt non aeternum eum dicere, cum facile intelligerent, Deum nunquam posse intellectu destitutum cogitari¹⁷⁾, eademque de causa et hoc

iis

13) Quas adpellationes et alii horum scriptorum frequenter usurparunt, vel similes his substituerunt, qualis est v. c. haec, quod eum dicunt ὡς πατρός, cuius rei argumentum praebet locus Theophili Antioch. mox laudandus, itemque Athenagorae, legat. pro Christ. c. IX. §. 3. p. 55. ubi ὡς, inquit, καὶ λόγος τῶ πατρός, ὃ οὐδὲ τῶ Θεῶ.

14) *Ad Autol. l. II. §. 22. p. 365.*

15) *Ibid. §. 10. p. 355.*

16) *Sermon. l. V. p. 654. Pott. ἡ δὲ*

ἰδέα, inquit, ἐνόημα τῶ Θεῶ. ὅπερ οἱ βάρβαροι λόγον εἰρήμισι τῶ Θεῶ.

17) Hanc certe aeternae ipsius existentiae causam diferte commemorat Athenag. in loco paulo ante laudato. Quas vero Oelrichsius in *Comment.* aliquoties iam laud. p. 54. Tatianum, Clementem atque Tertullianum alias aeternae eius existentiae attulisse dicit causas, eas equidem non possum agnoscere, cum, ut mox videbimus, alio potius pertineant, et quod Tertullianum attinet,

net,

his erat defendendum, Deum hoc λόγῳ suo in quibuscunque rebus cogitandis atque molientiis usum esse¹⁸⁾. Inprimis tamen in eo potissimum illum occupatum fuisse dicebant, ut mundi rerumque post creandarum ideam conciperet, earumque imaginem penitus absolutam effingeret¹⁹⁾. Id enim primum luculenter docet Clement. Alex. locus²⁰⁾, in quo eum aperte describit tanquam vim

G 3

ali-

net, eandem is cum Athenagora aeternae ipsius existentiae rationem reddit, dum *adv. Prax.* c. 5. haec tradit: *Rationalis enim Deus, et ratio in ipso prius: et ita ab ipso omnia; quae ratio sensus ipsius est.* Ac ne ipsum quidem Origenem, quem relictorem de aeterna τῷ Λόγῳ existentia sententiam tenuisse cum Bullo statuit Roeslerus (*Bibliorb. PP. Vol. II. p. 86. not. 6. et p. 102. not. 25.*) loco quodam libri admodum dubiae auctoritatis (cf. S. V. Ziegleri *theologisch. Abhandlung.* p. 123. ff.) περιέχειν inductus, alio, quam hoc eodem sensu eam defendisse arbitror. Id enim, ut bene iam observarunt Semlerus in *Intrrod. in Polem. Baumgart.* Vol. II. pag. 181. et Loefflerus in *Adpend. ad Souverain.* p. 473. ff. non modo universa doctrinae eius de λόγῳ ratio postulat, sed haud obscure etiam declarat locus, quem Athanasius servavit in libr. *de decret. Synod. Nicen.* §. 27. (*T. I. Opp. p. 233. ed. Bened.*) ubi εἶ ἐστιν, inquit, εἰκὼν τῷ Θεῷ τῷ ἀοράτῳ, ἄόρατος εἰκὼν, ἐγὼ


δὲ τοιμήσας προσείην ἄν, ὅτι καὶ ομοίω-
της τυγχάνων τῷ πατρὶ, ἐκ ἐστὶν ὅτε ἐκ
ἡν. πότε γὰρ ὁ Θεὸς ὁ κατὰ τὸν Ἰωάννην
φῶς λεγόμενος· ὁ Θεὸς γὰρ φῶς ἐστὶν·
ἀπαύλασμα ἐκ εἶχε τῆς ἰδίας ἀόρατος; ἵνα
τοιμήσας τις ἄρχὴν δὴ εἶναι εἶδῃ, πρότερον
ἐκ ὄντος; πότε δὲ ἢ τῆς ἀρχῆς καὶ ἀνα-
τονομάτου καὶ ἀφθέρτου ὑποστάσεως τῷ
πατρὶ εἰκὼν, ὁ χαρακτῆρ λόγος, ὁ γι-
νώσκων τὸν πατέρα, ἐκ ἡν; κατανοεῖται
γὰρ ὁ τομῶν καὶ λέγων, ἡν ποτὲ ὅτε ἐκ
ἡν ὁ εἶδε· ὅτε ἐρεῖ καὶ τὸ· σοφία ποτε ἐκ
ἡν, καὶ λόγος ἐκ ἡν, καὶ ζωὴ ἐκ ἡν.

18) Id enim haud dubie illud est, quod Iustin. Mart. in loco ante laud. in animo habuit, cum diceret, patrem τῷ Λόγῳ προσειμήσας, quodque Theophilus Antioch. spectavit, cum patrem hunc λόγον πρὸ τί γινεσθαι σύμβολον habuisset scriberet, cogitavitque haud dubie etiam Clemens, dum λόγον ἐννόημα τῷ Θεῷ εἶναι assereret.

19) Quod recte monet Roeslerus in *Bibliorb. PP. Vol. I. p. 191. not.* a viris doctis plerumque fuisse neglectum.

20) *Protrept.* p. 6. ed. Pott.





aliquam rerum creandarum imagines concipientem, haec quippe tradens: *πρὸ δὲ τῆς τῆς κόσμου καταβολῆς ἡμεῖς· οἱ τῷ θεῷ ἔσσεσθαι ἐν αὐτῷ πρότερον γεγεννημένοι τῷ θεῷ· τῆς θεῆς λόγος τὰ λογικὰ πλάσματα ἡμεῖς, δι' ὃν ἀρχαίζομεν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ λόγος ἦν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἦν ὁ λόγος ἀνωθεν, ἀρχὴ θεῶν πάντων ἦν τε καὶ ἔστιν;* idemque confirmat etiam Iustin. Mart. qui Deum dicit²¹⁾ mundum condidisse *ἐννοηθέντα αὐτὸν διὰ λόγος*, itemque Athenagoras, dum adpellat²²⁾ eum *λόγον τῆ πατρὸς ἐν ἰδέα καὶ ἐνεργεία*, postque haec statim subiicit: *πρὸς αὐτῆ γὰρ* (iuxta eum, quippe *ἰδέαν* rerum creandarum,) *καὶ δι' αὐτῆς* (quippe *ἐνεργεία* earum creandarum instructi) *πάντα ἐγένετο*; ex quibus, ut equidem arbitror, luculentissime adparet, illa superiora *ἐν ἰδέα καὶ ἐνεργεία* ad res creatas esse referenda²³⁾, unde ea, meo quidem sensu, Oelrichsius²⁴⁾ aptissime reddidit sic: *filius Dei est ratio patris, imagines rerum creandarum concipientis, utque sint eae, efficientis*. Idem haud obscure etiam tradit Tertullianus haec scribens²⁵⁾: *Nam etsi Deus nondum sermonem suum miserat: proinde eum cum ipsa et in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum, quae per sermonem mox erat dicturus*. (dum nimirum diceret: fiat lux etc.) *Cum ratione enim sua cogitans atque disponens, sermonem eam efficiebat, quam sermone tractabat*²⁶⁾. Neque aliud, quam hanc ipsam rationis rerum crean-

21) *Apol. I. §. 84. p. 61. Thal.*

22) *Legat. pro Christ. c. IX. §. 3. p. 53. Lindn.*

23) Quod dubium esse video Lindnero in nota h. l. subiecta, luculenterque, ut bene vidit Roeslerus l. l. confirmant etiam ea, quae paulo post sequuntur *cap. X. §. 1. ubi λόγος*

ille post ex Deo dicitur prodidisse *δε τῶν ἰλικῶν συμπαύτων ἐπολι φύσεως καὶ γῆς* — *ἰδέα καὶ ἐνεργεία εἶναι.*

24) *L. L. p. 24.*

25) *Adv. Prax. c. VI. T. II. p. 197.*

26) Atque per hunc rerum creandarum conceptum ex Tertulliani qui-

creandarum imagines concipientis notionem, in animo etiam habuisse puto Herimam ²⁷⁾, dum *Filium Dei* omni creatura antiquiorem dicit, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam. Denique idem etiam confirmat Lactantius, haec de filio scribens ²⁸⁾: *eoque simul et consiliatore usus est et artifice in excogitandis, orrandis perficiendisque rebus: quoniam is et providentia et ratione et potestate perfectus est.* Cum vero iam Deus mundum hunc, rationis suae adiumento conceptum, in lucem adspectumque constituisset proferre, illum ipsum *Λόγον* f. rationem, rerum creandarum imagines et exemplar continentem, ex se primum ²⁹⁾, sermonis quidem interventu, tanquam emanationem aliquam ³⁰⁾, eum dicunt emisisse, quod

quidem mente primum conditus est sermo, post autem, cum ex Deo prodiret, perfecte demum natus est; unde lucem accipit alius eius locus, qui paulo post sequitur c. VII. p. 200. quemque Oelrichius l. I. p. 54. perperam ad aeternam τῷ Λόγῳ ἐνδιαιτῆς existentiam retulit, cum ad primam modo sermonis vel Λόγῳ προφορῆς conceptionem sit referendus. Ibi igitur haec habet: *Tunc igitur ipse sermo speciem et ornatum suum sumit, sonum et vocem, cum dicit Deus: Fiat lux. Haec est navitas perfecta sermonis, dum ex Deo procedit; conditus ab eo primum ad cogitarum in nomine Sophiae.*

27) In *similit.* IX. p. 115. edit. Cotel.

28) *Instit. div.* l. II. c. 8. p. 219. Bünem.

29) Hinc dixerunt *Λόγον* istum vel τὸ προγεννηθῆναι aut ἀρχὴν τῶν ἀκρίτων, ut est apud Clementem Alex. *Sermon.* l. VI. p. 769. Pott. vel ἀρχὴν τῆς κτίσεως, ut legitur apud Tatianum *Orat. adv. Graec.* §. 7. p. 21. Worth. vel προπρότερον πάσης κτίσεως, ut habet Theoph. Antioch. ad *Aurolyc.* l. II. §. 22. p. 365. vel etiam προπρότερον simpliciter, ut dicitur Iustino Martyri *Apol.* I. §. 31. p. 22. et §. 83. p. 61.

30) Hac enim adpellatione ipsi reperiuntur usi fuisse. Sic v. c. Origenes in *Comment. in epist. ad Rom.* IX, 5, haec habet: *Unus autem uterque (pater et filius) est Deus, quia non est aliud filio divinitatis initium, quam Pater; sed ipse unius paterni fontis, sicut sapientia dicit, purissima est emanatio filius.* Ex eius autem

quod quidem hunc in modum tradunt Theophilus primum Antiochenus³¹⁾: Ὅποτε δὲ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς ποιῆσαι ὅσα ἐβλεύσατο, τῶτον τὸν λόγον (quem paulo ante dixerat ἐνδιάθετον ἐν καρδίᾳ Θεῶ) ἐγέννησε προφορικόν; et alibi³²⁾: ἔχων ἔν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτῆ λόγον ἐνδιάθετον ἐν ταῖς ἰδίῳις σπλάγχνοις, ἐγέννησεν αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτῆ σοφίας ἐξερευζάμενος πρὸ τῶν ὄλων; Hippolytus³³⁾: Θεὸς μόνος ὑπάρχων καὶ

tem *Commentar. in epist. ad Hebr.* haec affert Pamphilus in Apolog. eius: (T. V. Opp. Hieron. p. 236. ed. Martian.) Quod ideo de rebus corporalibus assumfit, ut vel ex parte aliqua possimus intelligere, quomodo Christus, qui est sapientia, secundum similitudinem eius vaporis, qui de substantia aliqua corporali procedit, sic etiam ipse ut quidem vapor exoritur de virtute ipsius Dei: sic et sapientia, ex eo procedens ex ipsa Dei substantia generatur. Sic nihilominus et secundum similitudinem corporalis aporrhoeae esse dicitur aporrhoea gloriae omnipotentis pura quaedam et sincera. Quae utraque similitudines manifestissime ostendunt, communionem substantiae esse filio cum patre. Aporrhoea enim ἐμώσιος videtur, id est, unius substantiae cum illo corpore, ex quo est vel aporrhoea vel vapor. Tertullianus autem probolam adpellat, hocque vocabulum, ipso adeo perverso eius inter Valentinianos usu non obstante, servandum esse contendit *adv. Praex. c. 8.* Hoc, in-

quiens, si qui putaverit, me προβολῆς aliquam introducere, id est prolationem rei alterius ex altera, quod facit Valentinus, alium atque alium aeonem de acone producens: primo quidem dicam tibi, non ideo non utitur et veritas vocabulo isto, et re ac censu eius, quia et haeresis utitur: imo haeresis potius ex veritate accepit, quod ad mendacium suum strueret. Prolatus est sermo Dei, an non? Hic mecum gradum fige. Si prolatus est, cognosce προβολῆς veritatis; et viderit haeresis, si quid de veritate imitata est. Et paulo post haec habet: Haec erit probola veritatis, custos unitatis, qua prolaturum dicimus Filium a patre, sed non separatum. Eodem vero modo Athenagoras etiam Spiritum S. dicit ἐκβολῆς, legat. pro Christ. c. X, 2. et XXII, 3.

31) *Ad Aurolyc. l. II. §. 22.* p. 365.

32) *Ibid. §. 10. pag. 355.*

33) *Contr. Noët. X. p. 13.* Vol. II. edit. Fabr.

καὶ μηδὲν ἔχων ἑαυτῷ σύγχρονον, ἐβλήθη κόσμον κτίσαι. — Τῶν δὲ γινόμενων ἀρχηγὸν καὶ σύμβλον καὶ ἐργάτην ἐγένετο Λόγος, ὃν Λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ἀόρατόν τε ὄντα τῷ κλιζομένῳ κόσμῳ, ὁρατὸν ποιεῖ, πρότερον Φωνὴν φθεγγόμενος, καὶ Φῶς ἐκ φωτός γενεῶν, προήκειν τῇ κτίσει Κύριον, τὸν ἴδιον νῦν, αὐτῷ μόνῳ πρότερον ὁρατὸν ὑπάρχοντα, τῷ δὲ γινόμενῳ κόσμῳ ἀόρατον ὄντα, ὁρατὸν ποιεῖ, ὅπως διὰ τῆς Φωνῆς καὶ ἰδῶν ὁ κόσμος ὁρατὸν ἐγενήθη; Tertullianus³⁴): *Nam ut primum Deus voluit ea, quae cum Sophiae ratione et sermone disposuerat intra se, in substantias et species suas edere: ipsum primum protulit sermonem, habentem in se individuas suas rationem et Sophiam, ut per ipsum fierent universa, per quem erant cogitata atque disposita, imo et facta iam, quantum in Dei sensu. Hoc enim eis deerat, ut coram quoque in suis speciebus atque substantiis cognoscerentur et tenerentur; denique Lactantius³⁵): Deus igitur machinator constitutorque rerum, antequam hoc opus mundi adoriretur, sanctum et incorruptibilem et irreprehensibilem spiritum genuit, quem filium nuncuparet.* Sermonis autem, ut dixi, interventu eos hunc Λόγον a Deo prolatum iudicasse, non modo docet Tertulliani locus, paulo ante (p. 52.) laudatus, sed et is, qui ex Theophilo modo fuit commemoratus, in quo eum hac ipsa de causa dicebat Λόγον προφορικόν, ut distingueret a Λόγῳ εἰς, quem ἐνδιάθετον modo dixerat, quibus duabus adpellationibus apud Tertullianum l. l. rationis et sermonis vocabula respondent. Idem vero luculenter etiam confirmant Cyprianus et Lactantius, quorum ille quidem haec habet³⁶): *fili unigenite, qui ex ore altissimi procreatus et ante mundi dispositionem, et ex Mariae virginis utero per*

34) *Adv. Prax.* c. 6. p. 199.
Vol. II. Seml.

35) *Instit. div.* l. IV. c. 6. p. 440.

36) *Orat. pro marty.* p. 39.
edit. Oxon.

myſterium genitus; apud hunc autem haec leguntur ³⁷⁾: *Sed tamen ſanctae litterae docent, in quibus cautum eſt, illum Dei filium, Dei eſſe ſermonem; itemque ceteros angelos Dei ſpiritus eſſe. Nam ſermo eſt ſpiritus cum voce aliquid ſignificante prolatus. Sed tamen, quoniam ſpiritus et ſermo diverſis partibus proferuntur; ſiquidem ſpiritus nari- bus, ore ſermo procedit; magna inter hunc Dei filium et ceteros ange- los differentia eſt. Illi enim ex Deo taciti ſpiritus exierunt; quia non ad doctrinam Dei tradendam, ſed ad miniſterium creabantur. Ille vero quum ſit et ipſe ſpiritus; tamen cum voce ac ſono ex Dei ore proceſſit, ſicut verbum. — Merito igitur ſermo et verbum Dei dicitur, quia Deus procedentem de ore ſuo vocalem ſpiritus, quem non utero, ſed mente conceperat, inexcogitabili quadam maiſtatis ſuae virtute ac po- tentia in effigiem, quae proprio ſenſu ac ſapientia vigeat, comprehendit. — Quod ſi quis miratur ex Deo Deum prolatione vocis ac ſpiritus potuiſſe generari; ſi ſacras voces prophetarum cognoverit, deſinet pro- ſectō mirari ³⁸⁾. Per hanc autem generationem λόγον iſtum pecu- liarem*

37) *Inſtit. div. lib. IV. c. 8. p. 448. f.*

38) Atque in hac quidem τὸ λόγος emissionem, ſermonis interventu facta, eius generationem noſtri ponunt. Hoc enim nomine diſerte eam in lo- cis laud. reperiuntur adpellare. Utantur tamen nonnunquam etiam vocabulo προβάλλειν, (*Iuſtin. Dial. c. Τρυφ. §. 62. p. 159.*) et ἐξεργάζεσθαι (*Theoph. Ant. ad Autol. l. II. §. 10. p. 355.*) quemadmodum filii contra proceſſionem ſignificant voca- bulo προσηδῶν, (*Tatian. Orat. ad Graec.*

§. 7. p. 20.) et προέχεσθαι. (*Athe- nag. legat. pro Chriſt. c. X. §. 1. p. 59. et Clem. Alex. Strom. l. V. §. 3. p. 654.*) Neque verentur adeo vo- cabulo ποιῆν ea in re uti, quod vel ex eo iam intelligi poteſt, quod locum Prov. VIII, 22. in quo Deus ſecundum verſionem τῶν ὁ, qua ſola utuntur, ſapientiam ante mundi creationem dicitur υἱοποιῶν, omnes fere ad λόγον Deique filium transferunt; (de quo cfri poſſunt, quae collegit Semler. in *den hiſtoriſch. Sammlungen üb. die Beweisſtellen in der*

liarem iam substantiam factam esse acriter contendebant, vehementerque negabant, de vana tantum soni emissione in ea re esse cogi-

H 2

tandum

der Dogmat. Vol. II. pluribus in locc.) unde haud dubie etiam hoc sumserunt, quod eum *πρωτόκτιστον σοφίαν* adpellant, quod fit v. c. a Clemente Alex. Strom. I. V. §. 14. p. 699. Idem tamen et aliis disertis eorum testimoniis confirmatur. Sic v. c. apud Iustin. Mart. *Dial. c. Tryph.* §. 64. p. 161. edit. Bened. Trypho haec dicitur Iustino opposuisse: *ἡμεῖς τῷ Θεῷ τῷ καὶ αὐτὸν τῶτον ποιήσαντος λατρευτοὶ ὄντες, ἃ δέομεθα τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ, ἢ δὲ τῆς προσκυνήσεως,* neque tamen in sqq. monetur, eum propter huius vocabuli usum a Iustino fuisse reprehensum, sed unum hoc ei dicitur demonstratum fuisse, hunc Dei filium etiam Iudaeis esse adorandum, si quidem salute potiri cupiant. Clemens vero Alex. Strom. I. VI. §. 7. pag. 769. haec habet: *εἰς τῷ ὄντι ἔστιν ὁ Θεός, ὃς ἀρχὴν τῶν ἀπάντων ἐποίησεν, μὴδὲν τὸν πρωτόγονον υἱόν, ὃ Πέτρος γράφει συνεῖς ἀκριβῶς τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν υἱαὸν καὶ τὴν γῆν.* Tatianus autem *Orat. ad Graec.* §. 7. p. 21. edit. Worth. haud veretur, eum *ἔργον πρωτότουκτον τῷ πατρὶ* adpellare, diserteque dicit, eum *γεννημένον*, quod tamen de eo neutiquam dicendum esse, aperte contendit Athenag. *legat. pro Christ.* c. X.

p. 56. edit. Lindn. (quem confer), dum eum dicit *πρῶτον γεννημα εἶναι τῷ πατρὶ, ἔχ ὡς γενόμενον.* Hinc igitur aperte falsus est Hegelmaierus, quod in *Diss. histor. theol. in quaestione: an et quo sensu Patres Antre-Nicaeni Christum dixerint creaturam,* (Tubing. 1781. 4.) §. XV. p. 32. omnino negat, nostros filium dixisse a patre creatum; quamquam caeteroquin quemlibet facile intellegendum esse arbitror, eos hac phrasi neutiquam id significare voluisse, tum demum ortum eum esse putandum. Id enim quomodo tandem defendere potuissent ii, qui *λόγον* istum ab aeterno inde in et cum patre extitisse statuerent? Imo hoc diserte reperiuntur contendisse, hanc generationem τῷ λόγῳ non esse sic intelligendam, ut tum demum ortus fuisse existimetur; quod praeter Athenagorae locum modo laudatum alio etiam Irenaei loco confirmatur, *adv. haeres. I. II. c. XIII. §. 8. p. 132.* ita scribentis: *decentiora magis (sc. sentiet,) quam hi, qui generationem prolivi hominum verbi transferunt in Dei aeternam verbum; et prolaviois initium donantes et genu, quemadmodum et suo verbo: et in quo distabit Dei verbum, imo magis ipse Deus,*
cum

tandum. Id primum docet Iustini Mart. locus ³⁹⁾, quo adversus eos disputat, qui generationem τῆς Λόγος ita intelligendam esse statuebant, ut virtutem Dei ab eo profiliisse, huncque eam, quando-
cunque vellet, in semetipsum retrahere defenderent, illamque τῆς
Λόγος δυνάμιν non tantum nomen aliquod esse contendit, ἀλλὰ καὶ
ἀριθμῶ ἕτερόν τι, et sub finem locum hunc his finit: οἰεῖτε, — ὅτι
γεννηθεῖσα ὑπὸ τῆς πατρὸς τῆτο τὸ γέννημα πρὸ πάντων ἀπλῶς τῶν
κλισμάτων — καὶ τὸ γεννώμενον τῆς γεννῶντος ἀριθμῶ ἕτερόν ἐστι.
Eodem pertinent etiam, quae habet Clemens Alexandr. ⁴⁰⁾ ὁ γὰρ τῆς
πατρὸς, inquit, τῶν ὄλων Λόγος, ἔχ' ἕτος ἐστὶν ὁ προφορισμὸς, (non
vocis emissione unice continetur) σοφία δὲ καὶ χρηστότης φανερωτάτη
τῆς

cum sit Verbum, a verbo hominum, si
eandem habuerit ordinationem et emis-
sionem generationis? Caeterum
propter hanc τῆς Λόγος a patre gene-
rationem adpellarunt eum υἰὸν Θεῶ;
sive, ut Clementi Alex. (*Protrept.*
c. X. p. 78.) etiam dicitur υἰὸν τῆς νῆ,
hocque nomen ei κρείως vel ἰδίως tri-
buentium esse defenderunt; in quam
rem haec modo loca laudasse suffe-
cerit: Iustin. Mart. *Dial. c. Tryph.*
§. 100. pag. 195. υἰὸν αὐτὸν λέγοντες,
γενοήκαμεν ὄντα καὶ πρὸ πάντων ποιημά-
των, ἀπὸ τῆς πατρὸς δυνάμει αὐτῆ καὶ
βελῆ προσελθόντα, et in *Apol. II.* §. 6.
p. 74. eidem dicitur ὁ μόνος λεγόμε-
νος κρείως υἰός; in *Apol.* autem I. §. 30.
p. 21. haec habet: ἴδιος δὲ Θεῶ ὁ Ἰη-
σοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ κοινῶς μόνον ἀνθρω-
πος, διὰ σοφίαν ἄξιος υἰός Θεῶ λέγεται.

πατέρα γὰρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε πάντες
συγγραφεῖς τὸν Θεὸν καλοῦσιν. εἰ δὲ καὶ
ἰδίως παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεννηθεῖσαι
αὐτὸν ἐκ Θεῶ λέγομεν Λόγον Θεῶ, ὡς προ-
εφημεν, κοινὸν τῆτο ἔσω ὑμῖν etc. Ter-
tull. *Apol. c. 21. Vol. V. Opp. p. 55.*
*Hunc ex Deo prolarum didicimus et
prolatione generatum et idcirco filium
Dei et Deum dictum.* Ipsam vero
hanc generationem eos non ex inter-
na quadam naturae patris necessita-
te, sed ex eius unice voluntate at-
que consilio repetiisse, non solum
laudatus modo Iustini Mart. locus,
sed et alia subinde iam commemo-
rata, vel post adhuc excitanda lucu-
lenter declarant. cfr. etiam Hegel-
maier *l. l.* §. 13. pag. 25. f.

39) *Dial. c. Tryph.* §. 128. p. 221.

40) *Strom. l. V.* §. 1. pag. 646.

τῷ Θεῷ; δύναμις τε αὐτῷ παγκρατὴς καὶ τῷ ὄντι θεία; cum quo loco non male forsitan conferetur similis, qui apud Ignatium ⁴¹⁾ occurrit: εἷς Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ Φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ὃς ἔστιν αὐτῷ λόγος, ἔ ἔπος, ἀλλ' ἰσοιώδης· ἔ γὰρ ἔστι λαλίας ἐνδέξθερ Φάνημα, ἀλλ' ἐνεργείας θεϊκῆς ἰσοία γεννητῆ, ὃς πάντα κατευξέσθησε τῷ πέμφαντι αὐτὸν. Simili modo etiam Origenes ⁴²⁾ adversus eos disputat, qui pertinacius vocabulo τῷ λόγῳ inhaereant, οἰόμενοι προφεράν πατρικὴν οἰοῦναι ἐν συλλαβαῖς κειμένην εἶναι τὸν υἱὸν τῷ Θεῷ, καὶ κατὰ τῆτο ὑπόσασιν αὐτῷ, εἰ ἀκριβῶς αὐτῶν πυνθανοίμεθα, ἔ διδόασιν, eosque erroris arguit. Omnium autem apertissime hoc declararunt Tertullianus atque Novatianus, quorum ille ⁴³⁾ adversus Praxeam, quem sermonem dicit nolle substantivum habere, haec disputat: *At ego nihil dico de Deo inane et vacuum prodire potuisse, ut non de inani et vacuo prolatum; nec carere substantia, quod de tanta substantia processit, et tantas substantias fecit.* — *Quaecunque ergo substantia sermonis fuit: illam dico personam, et illi nomen filii vindico; et alio in loco ⁴⁴⁾ haec habet: Nos etiam sermoni atque rationi, itemque virtuti, per quae omnia molitum Deum ediximus, propriam substantiam spiritum inscribimus, cui et sermo inest pronuncianti, et ratio adstet disponenti, et virtus praestit perficienti; hic autem haec tradit ⁴⁵⁾: ex quo (Deo) quando ipse voluit, sermo filius natus est, qui non in sono percussi aëris, aut tono coactae de visceribus vocis accipitur, sed substantia prolata a Deo virtutis agnoscitur, cuius sacrae et divinae nativitatis arcana nec Apostolus didicit, nec propheta*

H 3 ta

41) Epist. ad Magnes. mai. §. 80.

42) Tom I in Ioban p. 23. f. Huet.

43) Adv. Prax. c. VII. p. 201. f.

Vol. II Opp.

44) In Apologet. c. XXI. p. 55.

Vol. V.

45) In libr. de Trinit. c. XXXI.

ta comperit, nec angelus scivit. — Hic ergo quando pater voluit, processit ex patre, et qui in patre fuit, quia ex patre fuit, cum patre postmodum fuit, quia ex patre processit: substantia scilicet illa divina, cuius nomen est Verbum, per quod facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil ⁴⁶⁾. Naturam vero huius τῷ Λόγῳ substantiæ ita illi describebant, ut
eum

46) Si autem haec fuit doctorum nostrorum de generatione τῷ Λόγῳ sententia, ut per eam peculiarem eum substantiam ex Deo prodiisse statuerent, intelligitur iam, non potuisse eos de tropica quadam generatione cogitare, quam ab iis defensam fuisse statuit S. V. Loefflerus in *Adpend. ad Souver. p. 440. 446. ff.* inque manifestatione virtutum divinarum per creationem facta ponendam esse existimat. Quin potius omnes de natura aliqua intelligente per generationem ex patre prodeunte perinde cogitarunt, quam a Tertulliano id factum esse, ipse Vir Venerandus agnoscit *l. l. pag. 454. ff.* Quanquam igitur Iustinus quidem *Mart. Dial. c. Tryph. §. 61. p. 157.* δὲναμὴν τινα λογικὴν ante mundum conditum a Deo dicit procreatam esse, in ea tamen non de vi quadam aut virtute patris, sed de natura potius intelligente et substantia erit cogitandum; de qua vocabulum δυνάμειος saepissime dici, abunde iam demonstravit Suicerus *Theaur. Eccl. T. I. p. 969.* Neque minus hinc

adparet, Bullum etiam de natura huius τῷ Λόγῳ generationis, quam ante mundum conditum locum habuisse nostri defendunt, parum recte iudicasse, cum eam in *Defens. fidei Nicen. Sect. I. c. VIII. §. 5. p. 164. ff.* et *Sect. II. c. V. §. 8. p. 347.* in quadam τῷ Λόγῳ ab aeterno a patre nati revelatione et ad condenda universæ συναγαβάσει ponendam statuerit, licet ea in re consentientem secum praeter alios nactus etiam fuerit Petr. Wesselingium *Probabil. c. VI. p. 56. ff.* Adparet enim, nostros, cum ab huius demum generationis ante mundi creationem factae tempore Λόγου istum peculiarem substantiam, extra Deum existentem, factum esse autumaverint, de aeterna eius generatione plane non cogitasse, quanquam ab aeterno inde in et cum patre eum exitisse defenderint, adeoque fictam esse, ut bene iam vidit Bruckerus *hisor. critic. Philos. T. III. p. 400.* hac quidem ex parte triplitem illam nativitatem, quam de filio Dei nostros statuit praedicasse, quarum prima quidem ea fuerit, qua ut
Λόγος

eum Dei in omnibus similem esse dicerent, eiusque exactissimam imaginem referre defenderent, hincque dicebatur iis vel εἰκὼν τῷ Θεῷ et Φωτὸς ἀρχέτυπον Φῶς ⁴⁷⁾, vel ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου ⁴⁸⁾, vel εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος τῷ Θεῷ et χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως τῷ Θεῷ ⁴⁹⁾, vel ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης τῷ Θεῷ ⁵⁰⁾ vel denique σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τῷ Θεῷ ⁵¹⁾; eademque de causa etiam πνεῦμα ab iis audiebat vel simpliciter, vel addito etiam Θεῷ nomine, quoniam ex Deo spiritu natum eum esse statuebant, in quam rem cum plura iam doctorum nostrorum loca laudaverit Grotius ad Marc. II, 8. non opus esse arbitror, ut his alia adhuc addantur. Neque vero similem modo Dei λόγον hunc dicebant, sed unam adeo eandemque illi cum eo naturam tribuebant, huiusque divinae naturae inter utrumque communionis stabiliendae causa generationem illam non per abscissionem aliquam, (ἀποτομήν) aut separationem (μερισμὸν) factam esse docebant, sed alio potius modo eam cogitari volebant, et ad veram illius rationem illustrandam atque

λόγος ex mente patris ab aeterno fuerit natus; altera vero, qua ὁ λόγος a Deo patre κατ' ἐνέργειαν exierit, seque ad condenda universa demiserit; tertia denique, qua homo factus fuerit. (cf. Bull. I. l. p. 164.) Hanc enim opinionem praeter allata iam argumenta aperte etiam convellit Lactantii locus, *Instit. div. l. IV. c. XIII. §. 3. p. 469.* in quo non nisi duplicis nativitatis mentio fit: *Accirco etiam filium bis nasci oportuit, ut et ipse fieret ἀπῶτος atque ἀμήτως. In prima enim nativitate spiritali ἀμήτως fuit, quia sine officio matris a*

solo Deo patre generatus est. In secunda vero carnali ἀπῶτος fuit, quoniam sine patris officio virginali utero procreatus est. etc.

47) Clem. Alex. *Protrept. c. 10. p. 78.* Pott.

48) Origen. *adv. Cels. l. V. p. 239.* edit. Spenc.

49) *Ibid. l. VI. p. 319.*

50) Clem. Roman. *epist. I. ad Corinth. §. 36.*

51) *Ibid. §. 16.* de quo loco cfr. Semler. in *Introß. in Polem. Baumgart. Vol. II. p. 20. ff.*

explicandam varias similitudines adhibebant, a rebus externis omnes illas desumptas, petitasque vel a nostro ipsorum sermone, vel a lumine ab altero accenso, vel a flumine e fonte profluente, vel denique frutice ex arboris radice progerminante; in quam rem haec fere loca merentur laudari: Iustin. Mart. ⁵³⁾ ἔχει γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι — ἐκ τῆ ἀπὸ τῆ πατρὸς θελήσει γεγενῆσθαι, ὁποῖον ⁵³⁾ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενον ὀρώμεν. λόγον γὰρ τινα προβάλλοντες, λόγον γεννώμεν, ἢ κατὰ ἀποτομὴν, ὡς ἐλατῶσθαι τὸν ἐν ἡμῖν λόγον προβαλλόμενοι· καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὀρώμεν ἄλλο γινόμενον, ἢ ἐλατῶσθαι ἐκεῖνος ἐξ ἧ ἀνάψις γέγονεν, ἀλλὰ τῆ αὐτῆ μέντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτῆ ἀναφθῆν, καὶ αὐτὸ ὄν φαίνεται, ἢ ἐλατῶσθαι ἐκεῖνος ἐξ ἧ ἀνήφθη; et alio in loco ⁵⁴⁾: εἰπὼν τὴν δυνάμιν ταύτην γεγενῆσθαι ἀπὸ τῆ πατρὸς, δυνάμει καὶ βελῆ αὐτῆ, ἀλλ' ἢ κατὰ ἀποτομὴν, ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τῆ πατρὸς ὕψιας, ὁποῖα τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα, ἢ τὰ αὐτὰ ἐς ἡμῶν καὶ πρὸν τμηθῆναι· καὶ παραδείγματος χάριν παρελήθειν τὰ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀναπτόμενα πυρὰ ἕτερα ὀρώμεν, ἢ δὲν ἐλατῶσθαι ἐκεῖνος, ἐξ ἧ ἀναφθῆναι πολλὰ δύνανται, ἀλλὰ ταύτῃ μέντος; Tatian. ⁵⁵⁾ ὁ δὲ λόγος ἢ κατὰ κενῆ χωρήσας, ἔργον πρωτότοκον τῆ πνεύματος (vel potius πατρὸς) γίνεται. — γέγονε δὲ κατὰ μερισμὸν ⁵⁶⁾, ἢ κατὰ ἀποκοπήν. τὸ γὰρ ἀποτμηθῆν τῆ πρώτης κεχώρισται, τὸ δὲ μερισθῆν οἰκονομίας τὴν αἴρεσιν προσλαβόν, ἢ ἐνδεῶ τὸν ὄθεν εἰληπῆται πεποίηκεν. ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς δαδὸς ἀναπτε-

52) Dial. c. Tryph. §. 61. p. 158.

53) Sic nimirum hunc locum constituendum esse arbitror. Illa enim ἀλλ' ἢ τοῦτον, quae in vulgatis editionibus post vocabulum γεγενῆσθαι inferuntur, recte vidit Oelrichsius l. l. p. 12. not. u. nunc delenda esse.

54) Ibid. §. 128. p. 222.

55) Orat. ad Graec. §. 7. et 8. p. 21. Worth.

56) De hac pugna cum Iustino, quae tamen in verbis magis, quam ipsa re videtur inesse, cfr. Oelrichsium l. l. p. 55.

ἀνάπτεται μὲν πυρὰ πολλά, τῆς δὲ πρώτης δαδὸς διὰ τὴν ἕξωψιν τῶν πολλῶν δαδῶν ἐκ ἐλατῖσται τὸ Φῶς, ἔτω καὶ ὁ λόγος προελθῶν ἐκ τῆς τῆ πατρὸς δυνάμεως, ἐκ ἄλογον πεποιήκε τὸν γεγεννηκότα, καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ λαλῶ, καὶ ὑμεῖς ἀκούετε, καὶ ἐ δὴ πᾶς διὰ τῆς μεταβάσεως τῆ λόγος κενὸς ὁ προσομιλῶν λόγος γίνομαι; Tertull.⁵⁷⁾ *Protulit enim Deus sermonem — sicut radix fruticem et fons fluvium et sol radium. Nam et istae species probolae sunt earum substantiarum, ex quibus prodeunt: — nec frutex tamen a radice, nec fluvius a fonte, nec radius a sole discernitur, sicut nec a Deo sermo; et alibi*⁵⁸⁾: *Et cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa, sed sol erit in radio, quia solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de Spiritu spiritus et de Deo Deus, ut lumen de lumine accensum; Lactant.*⁵⁹⁾ *Quum igitur et pater filium faciat, et filius patrem, una utrique mens, unus spiritus, una substantia est. Sed ille quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo rivus, ille tanquam sol; hic quasi radius a sole porrētus. Qui quoniam summo patri et fidelis et carus est; non separatur, sicut nec rivus a fonte, nec radius a sole, quia et aqua fontis in rivo est, et solis lumen in radio*⁶⁰⁾. Propter hanc autem

57) *Adv. Prax. c. VIII. p. 204. Vol. II.*

58) *Apolog. c. XXI. Vol. V. p. 56.*

59) *Instir. div. l. IV. c. XXIX. §. 4. p. 558.*

60) Alii tamen ab omni huius generationis explicandae studio abstinentium esse monebant, eiusque naturam nobis prorsus ignotam esse statuebant, quod in primis fecit Irenaeus *adv. haer. l. II. c. XLVIII.* ea de re haec habens: *Si quis nobis*

dixerit, quomodo ergo filius prolarus a patre est? dicimus ei, quia prolationem istam s. generationem s. nuncupationem, s. adaptionem aut quomodolibet quis nomine vocaverit, generationem eius inenarrabilem existentem nemo novit, non Valentinus, non Marcion, neque Saturninus, neque Basilides, neque Angeli, neque Archangeli, neque principes, neque potestates, nisi solus, qui generavit pater, et qui natus est filius; similiterque etiam
I
Nova-

autem naturae divinae inter utrumque communionem *unitatem* etiam de utroque praedicabant, quod perspicue adparet ex allatis modo Tertulliani et Lactantii locis; quibus si spatii angustia pate-
retur, plura adhuc cum horum, tum aliorum etiam scriptorum loca addi possent. In his autem locis cum diferte naturae unitatem commemorent nostri, intelligitur iam, non recte satis scripsisse Semlerum ⁶¹⁾, solam voluntatis inter utrumque consensionem eos praedicasse. Hanc ipsam autem voluntatis consensionem, cuius utique saepe mentionem iniiciunt, non alio haud dubie ex fonte, quam ex eadem naturae unitate repetierunt, quod cum Lactantii locus ⁶²⁾ suadet; in quo *quapropter, inquit, quum mens et voluntas alterius in altero sit, vel potius una in utroque; merito unus Deus uterque adpellatur, quia quicquid est in patre, ad filium transfuit, et quicquid in filio, a patre descendit*; tum vero plane confirmat Tertulliani locus ⁶³⁾, quo cum in eo fit, ut locum Io. X, 30. adversus Praxeae et asseclarum eius perversam interpretationem tueatur, haec de eo habet: *Si dixisset, quod unus sumus, potuisset adiuvare sententiam illorum. Unus enim singularis numeri significatio videtur. Adhuc cum duo, masculini generis. Unum dicit neutrali verbo, quod non pertinet ad singularitatem, (sc. numeri) sed ad unitatem, (sc. substantiae,) ad similitudinem, ad coniunctionem, ad dilectionem patris, qui filium diligit, et obsequium filii, qui voluntati patris obsequitur. Nonne enim hic mutua illa inter patrem et filium coniunctio cum naturae utrius-*

Novatianus in loco supra (p. 59.) laud. dicebat, *huius generationis arcana nec apostolum didicisse, nec prophetas comperisse, nec angelum scivisse, nec creaturam cognovisse.*

61) Vid. Eius *Intrad. ad Polem.*

Baumgart. Vol. II. p. 50. not. 54. et p. 173. not. 173.

62) *Instit. div. l. IV. c. XXIX. p. 561.*

63) *Adv. Prax. c. XXII. pag. 244.*

utriusque unitate arctissime nescitur? Esse enim in illa, quam commemorat, unitate, qua singularitatem neutiquam tolli defendit, illam ipsam, quam dixi, naturae, vel, ut ipse adpellat, substantiae unitatem, inque singularitate, numeri singularitatem cogitandam, ipse Tertullianus docet, cum paulo post ⁶⁴⁾ dicit: *Qui tres unum sunt, non unus: quomodo dictum est: Ego et pater unum sumus: ad substantiae unitatem, non ad numeri singularitatem;* quem locum miror, in mentem non venisse Roeslero, cum in sensu prioris loci constituendo haesitaret ⁶⁵⁾. Hanc igitur naturae unitatem cum aperte admitterent nostri, non mirum profecto, eos Dei adeo nomine istum λόγον adpellare minime dubitasse: quod vel ex haecenus allatis locis ita iam intellectum fuisse arbitror, ut, quanquam multo adhuc plura iis addi possent, id tamen minime opus esse existimem ⁶⁶⁾. Per hunc vero λόγον, ante mundum conditum a

I 2

Deo


64) *Cap. XXV. p. 251.*

65) *Biblioth. PP. Vol. III. p. 167.*

not. 173.

66) Neque vero Dei tantum nomine hunc λόγον adpellarunt, sed omnia etiam patris attributa ei competere statuerunt, hincque σοφίαν, δύναμιν, κρητότητα et omnia alia, quae de Deo solent praedicari, ei tribuerunt. Sic Iustino v. c. Mart. *Dial. c. Tryph. §. 61. p. 158.* dicitur ὁ Θεὸς ὑπὸ τῆ πατρὸς τῶν ἔλων γεννηθεὶς, καὶ Λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις, καὶ δόξα τῆ γεννήσαντος. Theophilus autem Antioch. loco saepe iam excitato, *ad Autol. l. II. §. 10. p. 355.* ἔτος ἔν, inquit, πνεῦμα Θεῶ, καὶ ἀρχὴ

καὶ σοφία, καὶ δύναμις ἑστῆν; similiterque Clemens Alex. *Strom. l. IV. §. 25. pag. 635.* ὁ δὲ υἱὸς, σοφία τε ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἀλήθεια, καὶ ὅσα ἄλλα τὰτα συγγενῆ, cum quo cf. etiam locum p. 58. allatum. Denique Tertullian. *adv. Prax. c. XVII. p. 230.* Vol. II. haec habet: *Nomen patris, Deus omnipotens, dominus virtutum, rex Israelis, qui est. Quatenus ita scripturae docent, haec dicimus, et in filium competisse, et in his filium venisse, et in his semper egisse, et sic ea in se hominibus manifestasse.* Omnia, inquit, patris mea sunt. *Cur non et nomina? Cum ergo legis Deum omnipotentem, et altissimum,*
et



Deo prolatum, eum iam non modo angelos et homines, sed mundum etiam universum secundum exemplar a se prius effectum statuebant creasse, perque eundem eum etiamnum sustentari atque gubernari docebant; de qua re inprimis conferri poterit locus Athenagorae, supra (p. 52.) laud. ubi λόγος iste informis materiae ἰδέα καὶ ἐνέργεια fuisse dicebatur, h. e. rerum ex informi materia creandarum cum inventor, tum effector. Tatianus autem de mundi creatione haec habet ⁶⁷⁾: καθάπερ ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ γεννηθεὶς, ἀντεγέννησε τὴν καθ' ἡμᾶς ποίησιν, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ὕλην δημιουργήσας. Angelos vero et homines eundem etiam creasse, idem his verbis docet ⁶⁸⁾: Λόγος γὰρ ὁ ἐπικράνιος πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ τῆ πατρὸς, καὶ λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως, κατὰ τὴν τῆ γεννήσαντος αὐτὸν πατρὸς μίμησιν, εἰκόνα τῆς ἀθανασίας τὸν ἀνθρώπον ἐποίησεν — ὁ μὲν ἐν λόγος πρὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων κατασκευῆς ἀγγέλων δημιουργὸς γίνεται. Clemens vero Alex. de hac re haec tradit ⁶⁹⁾: ἄριστος πάντων τῶν ἀγαθῶν, θελήματι τῆ παντοκράτορος πατρὸς, αἴτιος ὁ υἱός, καθίσταται πρωτογενὸς κινήσεως. Eundem vero λόγον mundum etiam gubernare atque conservare, idem Clemens docet, dum verbis modo allatis haec praemittit: ἔστι δὲ τὸ ὡς ἀληθῶς ἄρχον τε καὶ ἡγεμονῶν, ὁ θεὸς λόγος, καὶ ἡ τάξις πρόνοια, πάντα μὲν ἐφορεῶσα, μηδενὸς δὲ τῶν οὐκ ἐκ αὐτῆς παρεῶσα τὴν ἐπιμέλειαν; quibus similia sunt, quae Theophilus Antioch. de λόγῳ habet ⁷⁰⁾: οὗτος λέγεται ἀρχὴ, ὅτι

et Deum virtutum, et regem Israëlis et qui est: *vide, ne per haec filius etiam demonstratur iure suo Deus, qua sermo Dei omnipotentis, quaque omnium accepit potestatem etc.* An vero et quo sensu filium patre dixerint inferiorem aut aequalem, id non

est instituti nostri, diligentius nunc excutere.

67) Orat. ad Graec. §. 8. p. 22.

68) Ibid. §. 10. p. 25.

69) Strom. l. VII. §. 2. pag. 833.

70) Ad Autol. l. II. §. 10. pag.

ἔτι ἄρχει καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι' αὐτῆ δειμωρισθημένων, quaeque Athenagoras etiam, de patre loquens ⁷¹⁾ tradit: ὑφ' ἧ γεγέννηται τὸ πᾶν διὰ τῆ αὐτῆ λόγῃ, καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκερατῆται. Neque vero vel his omnes huius λόγῃ partes absolvi sibi persuadebant, sed quaecunque Deus in his terris instituerit atque perfecerit, in iis semper eum hoc λόγῳ suo ministro et ad homines nuntio usum esse statuebant; quod haec eorum loca declarant: Theoph. Antioch. ⁷²⁾ Θεὸς ἔν ἂν ὁ λόγος καὶ ἐκ Θεῆ πεφυκὼς, ὅπου ἂν βῆληται ὁ πατήρ τῶν ὄλων, πέμπει αὐτὸν εἰς τινα τόπον, ὃς παραγινόμενος καὶ ἀκέραια καὶ ὁρᾷται, πεμπόμενος ὑπ' αὐτῆ, καὶ ἐν τόπῳ εὐρίσκειται; et Tertull. ⁷³⁾ *Nec putes sola opera mundi per filium facta, sed et quae a Deo exinde gesta sunt etc.* Atque hac ipsa de causa Θεῆ etiam ἄγγελος et ἀπόστολος iis dicitur, quod diserte docent Iustini Mart. et Origenis loca, quorum ille quidem ita habet ⁷⁴⁾: καὶ ἄγγελος δὲ καλεῖται, καὶ ἀπόστολος. αὐτὸς γὰρ ἀπαγγέλλει ὅσα θεὸς γνωσθῆναι, καὶ ἀπόσελλεῖται μηνύσων ὅσα ἀγγέλλεται; hic autem sic ⁷⁵⁾: δύναμις δὲ καὶ ὁ λόγος υἱὸς εἶναι παρὰ τὸ ἀπαγγέλλειν τὰ κρυφία τῆ πατρὸς ἐκείνης, ἀνάλογον τῷ καλεσμένῳ υἱῷ λόγῳ νῆ τυγχάνοντος. — καὶ καθὼς λόγος ἐστὶ, μεγάλης τυγχάνει βελῆς ἄγγελως ὦν. Hinc vero iam illud etiam repetendum est, quod hunc λόγον V. quidem T. temporibus non modo sub variis formis hominibus docuerunt adparuisse ⁷⁶⁾, sed prophetis etiam, quae tradi ab iis vellet, suppedi-

I 3

tasse

71) Legat. pro Christ. c. IX. §. I. p. 52.

72) Ad Autol. l. II. §. 22. p. 365.

73) Adv. Prax. c. XVI. p. 226. Vol. II.

74) Apol. I. §. 82. pag. 59.

75) Tom. I. in Ioan. p. 41. Huët.

76) De quo multa scriptorum veterum testimonia collegit iam Clarkius in *der Schriftlebre von der Dreyeinigkeit*, (Frankf. et Lips. 1774. 8.) p. 169. ff. et 183. ff. quae nolo hic repetere. Hinc igitur omnia, quae Deus in V. T. libris dixisse aut

tasse 77). N. autem T. temporibus in Mariam eum dicebant se demississe, hominemque factum esse; quod his verbis tradunt Iusti-

ficisse traditur, vel in quibus videndum se vel audiendum praeuisse dicitur, huic Λόγῳ a nostris tribuuntur; quod loca a Semlero in Vol. II. *der historischen Samml. üb. die Beweisstellen in der Dogmat.* collecta abunde testantur. Causam vero, cur in eiusmodi locis de filio Dei, non autem de patre sit cogitandum, Iustinus quidem Mart. *Dial. c. Tryph.* §. 60. p. 157. et §. 127. p. 220. et Novatianus de *Trinit. c. 25.* hanc asserunt, quod non credibile sit, eum, qui omnia creaverit, relicto coelesti domicilio, in particula aliqua terrae se conspiciendum esse praebiturum, contra vero Theophil. Antioch. ad *Aurolyc. l. II. §. 22. p. 365.* negat, fieri posse, ut pater universi loco aliquo includatur, et in loco inveniatur, Tertullianus autem *adv. Prax. c. 14. p. 219. Vol. II.* defendit, Deum secundum plenitudinem divinitatis non posse ab hominibus absque praesentissimo vitae periculo conspici, filium vero pro modulo derivationis omnino posse; sicut, addit, nec solem nobis contemplari licet, quantum ad ipsam substantiam summam, quae est in coelis; radium autem eius toleramus oculis, pro temperatura portionis; quae in terram inde porrigitur.

77) Id haec loca declarant: Iustin. Mart. *Apol. II. §. 11. p. 79.* Λόγος γὰρ ἦν καὶ ἐτιμ, ὁ ἐν παντὶ ἄν καὶ διὰ τῶν προφητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. Theophil. Antioch. ad *Aurol. l. II. §. 10. p. 355.* ἄτος ἐστὶν ἄν πνεῦμα Θεοῦ — κατήρχετο εἰς τὰς προφῆτας. Tatian. *cont. Graec. §. XI. p. 27.* ἡ δὲ τῷ Λόγῳ δύναμις ἔχουσα παρ' ἑαυτῆς προγνωστικὸν τὸ μέλλον ἀποβαίνει, ἢ καθ' εἰκαμένην, τῆ δὲ τῶν αἰετιμένων ἀντεξουσίῳ γνώμῃ, τῶν μελλόντων πρόλεγε τὰς ἀποβάσεις· καὶ τῆς μὲν ποιητικῆς κολυτῆς ἐγένετο δι' ἀπαγορεύσεως, τῶν δὲ μενόντων ἀγαθῶν ἐγκομιστικῆς. Tertull. *de praesc. adv. haeret. c. 13. Vol. II. p. 17.* Regula est autem fidei — id verbum filius eius adpellatum, in nomine Dei varie visum, patriarchis, in prophetis semper auditum; et *adv. Marc. l. II. c. 27. p. 115. Vol. I.* Nam et profitemur, Christum semper egisse in Dei patris nomine, ipsum ab initio conversatum, ipsum congressum cum patriarchis et prophetis; itemque *l. III. c. 6. p. 131.* Nos quidem certi, Christum semper in prophetis locutum, spiritum scilicet creatoris etc. Ex quibus locis simul et hoc intelligitur, falsum esse, quod Oelrichsius *l. l. p. 60.* tradit, Tatianum et Tertullianum prophetarum inspirationem τῷ Λόγῳ nusquam adscripsisse.

nus Mart. ⁷⁸⁾ πρότερον διὰ τῆς τῆ πύρος μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτως τῷ Μωσῶϊ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δὲ ἐν χερσίνους τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς, ὡς προείπομεν, διὰ παρεθένα ἀνθρώπου γενόμενος, κατὰ τὴν τῆ πατρὸς βελήν, κ. τ. λ. et Clemens Alex. ⁷⁹⁾ προσελθὼν δὲ ὁ Λόγος, δημιουργίας αἴτιος, ἐπέφα καὶ ἑαυτὸν γενεῖα, ὅταν ὁ Λόγος σὰρξ γενῆται, ἵνα καὶ θεαθῆ ⁸⁰⁾).

Hanc

78) *Apol. I. §. 83. p. 61.* cum quo citri etiam potest alius locus eiusdem *Apol. §. 86. p. 62.* ubi dicitur διὰ Λόγος Θεῶ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστός.

79) *Srom. l. V. §. 3. p. 654.*

80) Cum autem hic Λόγον ipsam se genuisse defendat Clemens, admodum probabile sit, eum πνεῦμα illud ἄγιον, quod Luc. I, 35: super Mariam venturam dicitur, de ipso Λόγω intellexisse; idque nec mirum nobis videri poterit, cum et hunc, ut supra (p. 61.) vidimus, saepe dixerint nostri πνεῦμα. Idem vero plane confirmat Iustin. Mart. locus, *Apol. I. §. 43. p. 32.* ubi de loco illo Lucae loquens, diserte dicit: τὸ πνεῦμα ἔν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τῆ Θεῶ ἔδεν ἄλλο νοῦσαι θέμια, ἢ τὸν Λόγον, ὃς καὶ πρῶτότοκος τῷ Θεῷ ἐστὶ; unde iam intelligi potest, quomodo intellexerit id, quod in loco modo allato Iesum dicit σαρκοποιηθέντα διὰ Λόγος Θεῶ. Tum vero hac etiam pertinet Terulliani locus *adv. Prax. c. 26. Vol. II. p. 253. f.* in quo multis ostendit, in

πνεύματι illo Λόγον esse cogitandum, quem enim, inquit, verebatur, ut non aperte pronuntiaret, Deus superveniet et altissimus obumbrabit te; dicens autem spiritus Dei, esse spiritus Dei, tamen non directo Deum nominans, portionem totius intelligi voluit, quae cessura erat in filii nomen, hic spiritus Dei, idem erit sermo. Sic enim Iohanne dicente, sermo caro factus est: spiritum quoque intelligimus, in mentione sermonis: ita et hic sermonem quoque agnoscimus, in nomine spiritus. Nam et spiritus substantia est sermonis, et sermo generatio spiritus, et duo unum sunt. Caeterum alium Iohannes profitebitur carnem factum, alium angelus carnem futurum: si non et spiritus sermo est, et sermo spiritus. Hinc et alibi de praescript. haeret. c. 13. Vol. II. p. 17. dicit: Regula est autem fidei, — id verbum — postremo delatum ex spiritu patris Dei et virtute in virginem Mariam, carnem factum in utero eius, et ex ea natum egisse Iesum Christum. Haec autem loca Souverainium

Hanc igitur nostrorum de Λόγῳ sententiam ii quidem, adversus quos nunc disputo, unice volunt ex Platone eos transsumfisse, qui quippe et ipse ἰδέαν s. παράδειγμα aliquod αἰδιον admisisset, ad quod omnes res a Deo dixerit conditas fuisse atque procreatas, quodque Λόγῳ etiam nomine ipsi venerit⁸¹⁾. Quid vero si ostendi possit,

rainium in hunc induxerunt errorem, ut statueret, (*de Platonism. PP. p. 329. vers. germ.*) doctores nostros Λόγον et Spiritum S. invicem permiscuisse, cum non videret, per Spiritum nullum alium hic intelligi, quam ipsum Λόγον, qualis fuit ante assumptam humanam naturam, non autem Spiritum eum, quem Paraleti nomine postea venturum promisit. Quid vero praeterea de hac τῆς Λόγῳ ἐνοραγωγῆσει docuerint nostri, de eo in primis consulendi sunt Ern. Friedr. Wernsdorf. in *Comment. de Christo Verbigena ad Prudentii Carbem. Hymn. III. et veterum de ἐνοραγωγῆσει filii Dei doctrinam intelligendam. Viteb. 1774. 4.* et S. V. Plank in *Observat. in primam doctrinae de naturis Christi historiam, Prol. I. II. Goetting. 1787. 89. 4.*

81) Utrum vero haec Platonis doctrina nostrorum doctorum sententiae vere similis fuerit, nec ne, numque is huic et reliquis, quas admittebat, ideis ὑπέροχον tribuerit, an vero divina modo attributa in iis agnovit, de eo etiamnum constat,

inter viros doctos in utramque partem disputari, aliis quidem hanc, aliis illam ei sententiam tribuentibus. Ea vero res non est nunc nostri examinis. Quod si tamen aliquis utriusque partis argumenta cognoscere cupiat, ei in primis legenda erunt, quae nuperime pro illa quidem sententia scripta sunt a G. Ern. Schulzto, Helmstadiensi nunc Philosopho, in *Diss. de Ideis Platonis, Viteb. 1787.* et Plessingio in *Comment. de ideis Platonis, inserta Magnif. Car. Adolph. Caesaris Memorabil. philosoph. (Denkwürdigkeiten aus der philosophischen Welt,) Vol. III. p. 110. ff.* itemque in Eiusdem Memnonii (*Lips. 1787.*) *Vol. II. p. 291. ff.* et *Tenramine explanandae philosophiae antiquissimae, (Versuche zur Aufklärung der Philosophie des ältesten Alterthums, Lipsf. 1788. 8.) Vol. I. Parr. III. Sect. I. et II. p. 81. ff.* et *Vol. II. Parr. II. pag. 734. ff.* pro hac autem a Celeb. Tiedemanno in *Geist der speculativ. Philosophie, T. II. p. 89. ff.* Oelrichsio in *Comment. de doctrina Platonis de Deo*

possit, iam ante doctores nostros et ipsa adeo Christi tempora simi-
lem sententiam de ratione vel sapientia Dei, mundi condendi atque
gubernandi causa ex eo progressa, iamque substantiae forma induta,
in religionis doctrinam a Iudaeis susceptam fuisse atque probatam,
nonne tum alium nos fontem detexisse opinabimur, e quo haec
eadem opinio ad nostros quoque fuerit delata, iisque divinae adeo
auctoritatis specie commendata? Id autem omnino ita fuisse, me
nunc planum esse facturum spero. Huius autem assertionis meae
primum argumentum repeto ex apocryphis V. T. libris, inprimis-
que Sapientiae libro et Ecclesiastico. Quae enim in his libris com-
memoratur σοφία vel λόγος Θεῶν, (haec enim aperte ibi sunt syno-
nyma⁸²), ea exactissime profecto respondet τῷ λόγῳ a doctoribus
christianis admisso. Adpellatur enim et haec σύνεσις Φρονήσεως ἐξ
αἰῶνος, diciturque μετὰ Θεῶν εἶναι εἰς τὸν αἰῶνα. (Eccles. I, 1. 4.)
Eadem vero etiam ante mundum conditum traditur a Deo creata
fuisse, (Eccles. I, 4. 8. XXIV, 10.) exque ore eius proditisse, (Eccl.
XXIV, 3.) hincque audit iam ἀτμὶς τῆς τῷ Θεῷ δυνάμεως et ἀπόρ-
ρέοια τῆς τῷ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινῆς, (Sapient. VII, 25.) item-
que ἀπαύγασμα φωτὸς αἰδίου, ἔσπερον ἀγγελιδώτων τῆς τῷ Θεῷ ἐνεργείας

a Christianis et recentioribus Platonis
varie explicata et corrupta, Mar-
burg. 1788. 8. et Guil. Theoph.
Tennemann in *Comment. de intel-
lectu divino ex mente Platonis*, in-
serta Cl. Pauli *Memorabil. Vol. I.*
(Lips. 1791.) p. 34. ff. Cfri etiam
merentur, quae de hac re admonuit
Platnerus, Fautor et Patronus inpri-
mis colendus, in *Aporism. philosoph.*
Vol I p. 201. et 444. edit. recentissi.

82) Ut dudum iam vidit Gro-
tius, agnovitque etiam censor ver-
sionis Hassianae Sapientiae Salom-
neae, in *Ephemerid. liter. Ienens.*
(*Allgem. Literaturzeit.*) an. 85.
fc. 27. pag. 118. pluribus autem de-
monstravit Io. Lami in *libr. de recta
Christianorum de eo, quod mysterium
divinae Trinitatis attingit, sententia,*
lib. IV. c. 4. p. 198. ff.

γείας, καὶ εἰκῶν τῆς ἀγαθότητος αὐτῆς, (ib. v. 26.) diciturque vel ipsa πνεῦμα, addito plerumque Κυρίῳ aut Θεῷ nomine, (Sapient. I, 6. 7. ⁸³) IX, 17. ⁸⁴) XII, 1. ⁸⁵) vel ἐν αὐτῇ εἶναι πνεῦμα defenditur, (Sapient. VII, 22.) quod tamen horum quidem librorum auctores vix ab omni materia seiunctum cogitaverint, cum et agile dicant, omnique motu celerius, adeoque subtile ac purum, ut omnia trans-eat atque penetret. (Sapient. VII, 22. 24.) Hanc autem Σοφίαν vel Λόγον Deus iam, cum mundum conderet, ex horum quidem scri-porum sententia, adiutricem habuit, consiliorumque suorum con-sciam, (Sapient. VIII, 4. IX, 9.) hincque non modo per eam mun-dum atque homines dicitur creasse (Sap. IX, 1. 2.) sed ipsa etiam adpellatur γενέτις vel τεχνίτις πάντων, (Sap. VII, 13. 21.) operumque Dei αἰετήτις, (ib. VIII, 4.) traditurque, eam universum terrarum orbem replere ac omnia continere (Sapient. I, 7. VII, 24. Eccl. I, 8. XXIV, 4. 6.) Eodem vero Λόγῳ Deum postea etiam tanquam mi-nistro

83) In hoc enim πνεύματι Κυρίῳ, quod terram hic dicitur replere, idem illud πνεῦμα σοφίας, quod vers. super. fuerat commemoratum, cogi-tandum esse, omnis contextus loci aperte postulat; adeoque, meo quid-
dem sensu, neutiquam admitti potest Grotii sententia, qui per πνεῦμα in vers. super. *illam ipsam animi consti-tutionem*, quam sapientiam dicimus, intelligit, cum hic v. 7. aperte ei re-pugnet.

84) In h. etiam l. σοφίαν et πνεῦ-μα ἄγιον ex lege parallelismi mem-brorum pro Synonymis habenda esse, bene docuit Io. Melch. Faberus in

Comment. super libro Sapientiae, Sect. II. p. 4. ff. quamquam in eo caeteroquin falsus est, quod πνεῦμα illud de virtute aut animi affectione intelligit. Ipsa enim hominis virtus profecto non de coelo mittitur, sed ex mente auctoris huius libri per vim demum Spiritus e caelitus demissi in animo eius efficitur.

85) Nam et hic per πνεῦμα Θεῷ sapientiam significari, ex praedicato, quod ei tribuitur, ἐστὶν ἐν πάντι, lucu-lenter intelligitur, cum hoc, ut mox ostendam, τῇ σοφίᾳ constanter tribua-tur, ut omnia dicatur replere atque continere.

nistro suo usum fuisse eorundem librorum auctores statuerunt, hincque omnia fere ei tribuunt, quae in V. T. libris a Deo ipso aut angelo eius dicuntur effecta fuisse; cuius rei luculentissimum exemplum praebent libri Sapientiae Cap. X. et XI. in quibus quippe omnia, quae ab Adamo inde usque ad Mosen evenerunt, ab huius Λόγῃ moderamine repetuntur, similiterque etiam Cap. XVI, 12. dicitur Iudaeos, a serpentibus morsos, sanasse, et Cap. XVIII, 15. Aegyptiorum primogenitos percussisse, omninoque traditur inter Israëlitas habitasse, eosque proprium sibi populum habuisse (Ecclef. XXIV, 9.) Neque vero vel nunc etiam hominibus deesse existimatur, sed etiamnum a Deo, cum quo familiariter cum traditur versari, eiusque Θεός πατέρας esse, (Sapient. VIII, 3. IX, 4. 10.) e coelo dicitur demitti, (ib. IX, 10.) inque homines probos descendere, (Ecc. I, 8.) eosque non modo in quibuscunque rebus suscipiendis adiuvare, sed in omnibus etiam, quae scire cupiant, instituire, inque virtutis potissimum viam deducere, ^{Sapient.} (ib. VII, 18-21. IX, 10-18.) sicque eos Dei amicos et vates reddere. ^{Sapient.} (ib. VII, 27.)

His autem multi iam sic intercedunt, ut negent, in hac Σοφία aut Λόγῳ ὑφιστάμενον aliquod extra Deum existens horum librorum auctores voluisse cogitari ⁸⁶⁾, sed virtutem potius divinam humanamve, personae tamen forma indutam, ea significari contendunt: quam sententiam praeter Souverainium ⁸⁷⁾, eiusque nuperum Interpre-

K 2

terpre-

86) De quo tamen cogitasse etiam vidi non modo Censorem versionis libri Sapientiae Hassianae l. l. sed Kleukerum etiam in eiusdem libri versione germanica, adiecta illa libra sic inscripto: *Salomonische Denkwürdigkeiten* (Rigae, 1785. 8.) pag.

223. ff. et Plessingium in *Versuch, zur Aufklärung der Philosophie des ältesten Alterthums*, Vol. II. Part. II. p. 541. ut taceam iam Bruckerum in *Histor. crit. Philos. T. II.* p. 696.

87) *L. L. p. 132. ff.*

terpretem⁸⁸⁾, suam etiam fecere Faberius⁸⁹⁾ et Hassius⁹⁰⁾. Verum ingenue fateor, de huius sententiae veritate mihi nondum potuisse persuaderi; a quo quidem illa potissimum lege me retineri sensi, quam ad iudicandas profopoeias aptissimam mihi scripssisse videtur Plessingius⁹¹⁾, nullam nimirum aliam virtutem rei alicui per profopoeiam tribui posse, quam quae ei per suam ipsius naturam inesse sit existimanda, neque aliud quicquam hac orationis forma effici, quam ut quaelibet res suam, quae ei inest, virtutem sub personae forma dicatur exferere. Si enim haec lex valeat, non video equidem, quomodo sapientiae, quae proprie dicitur, tribui possit hoc, quod ei tamen tribui ostendi, eam nimirum omnia replere atque continere ac penetrare⁹²⁾, idque adiecta adeo causae illius rei mentione, *διὰ τὴν καθαρσίην*; (Sap. VII, 24.) neque magis intelligo, quomodo ea de illa possint praedicari, quae Sapient. VII, 22-24. de illa tamen praedicari legimus, si quidem non nisi divinae sapientiae vis in ea sit cogitanda. Saltem hoc, ut puto, ex illo loco adpareret, eam non in sapientia unice esse ponendam,

cum

88) Cuius vid. *Appendic. p. 397.*

89) In laud. *Comment. II. super libro Sapientiae, Onoldi, 1776. 4.*

90) In versione german. libri Sapientiae (ten. 1785.) pag. 249.

91) *L. L. pag. 523. f.* cum quo ceteri etiam possunt, quae de eadem remonet Homius in *den Grundsaetzen der Kritik, Vol II. p. 262. ff. vers. germ.*

92) Quod enim Hassius *πνεῦμα κυρίου* Sap. I, 7. pro *κύριος* dictum ex-

istimat, iamque locum sic vertit: *Gottes Allblick füllt die Welt, der Allumfassende weiß auch die Worre*, id mihi menti scriptoris profus videtur adversari. Vers. enim 5. et 6. *πνεῦμα* illud *σοφίας* vel *κυρίου* aperte distinguit a Deo ipso, iamque docere vult, unde Deus notitiam cogitatorum mentis humanae atque doctorum habeat, eamque ipsi huius spiritus, omnia replentis atque permeantis, interventu quasi afferri declarat.

eum et alia praeter hanc de ea praedicerentur, v. c. sanctitas, amor erga homines, beneficentia, potentia, etc. adeoque universum potius attributorum divinarum complexum in ea esse cogitandum, in quam partem vidi etiam S. V. Hassium l. l. inclinasse. Verum ne tum quidem omnia, quae in eam conferuntur, satis ei convenirent, quo illud inprimis arbitror pertinere, quod *πνεῦμα* esse dicitur *subtile, agile, expeditum, acutum, omnesque spiritus intelligentes, puros et subtiles permeans, omnique motu celerius*. Quanquam enim non ignoro, Hassium quidem atque Faberum in his ad sapientiam, quae homini inest, accommodandis et transferendis multum operae posuisse, vereor tamen, ut severo iudici satisfecerint; quin potius ex his omnibus haud obscure intelligi posse arbitror, scriptorem de natura, non quidem ab omni materia prorsus remota, sed viva tamen atque intelligente cogitasse. Atque in hac sententia me porro etiam confirmat hoc, quod haec σοφία a Deo dicitur creata fuisse, et quidem ἀπ' ἀρχῆς (Eccles. XXIV, 19.) vel προτέρα, (ib. I, 4.) idque in eiusmodi contextu, in quo mentio modo facta fuerat τῆ κτίσεως πάντων. (Eccles. XXIV, 8.) Id enim quomodo in Dei aliquod attributum vel universum etiam attributorum eius complexum conveniat, rursus fateor, me non videre. Quae enim Drusus ad Eccles. I, 4. huius loquendi formulae explicandae atque illustrandae causa attulit similia loca ex Cap. X, 20. XI, 20. XXIV, 2. VII, 16. ea facile adparet, ex genere plane alio esse. Quod autem Souverainius potissimum urget²³⁾, ut auctores horum librorum non nisi divinae sapientiae virtutem in hac σοφία cogitasse ostendat, eam Eccles. XXIV, 20. legem Mosaicam dici, id quam vim habeat, ego quidem plane non assequor. Neque enim

K 3

vel

93) L. L. p. 138.

vel ipse Souverainius existimaverit, ipsam legem Mosaicam sapientiae nomine hic a scriptore significari; imo paulo post ipse agnoscit, describi hic sapientiam Dei, quatenus ea per legem Mosaicam homines veri cognitione instruxerit⁹⁴⁾. Si autem ita nunc spectetur, non video equidem, quomodo hinc intelligi possit, Dei aliquod attributum in ea necessario esse cogitandum, cum multo magis in promptu positum sit hoc, ut de natura aliqua intelligente, quae legem istam constituerit, cogitetur. Omnino autem hic locus explicandus mihi videtur ex Cap. I, 5. in quo αἱ ἐντολαὶ αἰώνιοι dicuntur huius λόγος vel sapientiae divinae πορτεῖα aut effluvia, eruntque adeo, ut puto, illa, de quibus quaeritur, verba v. 23. ταῦτα πάντα βιβλος διαθήκης Θεῶν ὑψίστου sic intelligenda: haec autem commoda, quae ex confortio meo vobis speranda sunt, potest vobis lex Mosaica praebere, in qua quippe decreta mea perscripta sunt.

Praeter hos vero apocryphos libros alios etiam eiusdem iudaicae de natura aliqua intelligente a Deo prognata doctrinae testes habemus; quo pertinet v. c. Aristobulus, cuius testimonium servavit nobis Eusebius *Praep. Evangel. l. VII. c. 14.*⁹⁵⁾ Postquam nimirum c. 12. Iudaeorum περὶ δευτέρου αἰτίου Theologiam ipse suis verbis in hunc modum exposuerat: μετὰ τὴν ἀναρχον καὶ ἀγέννητον τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἔσαν, ἀμικρον ἔσαν καὶ ἐπέκρουα πάσης καταλήψεως, δευτέραν ἔσαν καὶ Θεῶν δυνάμιν ἀρχὴν τῶν γενητῶν ἀπάντων, πρώτην

τε

94) Eadem pag. haec scribens:
Es sind dieses offenbar bildliche Ausdrücke, welche unter der Fiction einer Person oder unter dem Bilde des Weinstocks die Weisheit Gottes vorstellen, bald wie sie sich in der Schoepfung

der Welt offenbaren; bald wie sie in der Haushaltung des Gesetzes die Menschen mit den Früchten ihrer Erkenntniß erfüllen.

95) Pag. 324. edit. Viger.

τε ὑπόσασαν καὶ τῷ πρώτῳ αἰτίᾳ γεγεννημένην εἰσαγάσσι, Λόγον καὶ σοφίαν καὶ Θεῶν δύναμιν αὐτὴν προσαγορεύοντες; hanc deinde veram esse eorum sententiam, praeter loca quaedam librorum sacrorum Philonis et Aristobuli testimoniis confirmat, huiusque haec verba affert l. l. quae eadem alibi ⁹⁶⁾ etiam repetit: σαφές ἐστιν δὲ καὶ κάλλιον τῶν ἡμετέρων προγόνων τις εἶπε Σολομῶν, πρὸ θρανῶ καὶ γῆς αὐτὴν (σοφίαν) ὑπάρχειν; κ. τ. λ. Quod autem Philonem attinet, is quidem non modo in eo loco, quem Eusebius servavit, sed in reliquis etiam, quae nobis de eo supersunt, scriptis hanc sententiam tam aperte profitetur, ut coecum esse oporteat, qui id non agnoverit, sitque adeo hac ipsa de causa dudum iam a viris doctis intellectum, interque eos ita certum, ut vix nova demonstratione opus esse existimem. Quoniam tamen consilii ratio postulat, ut ea de re denuo exponam, sitque praeterea hoc adhuc inter Interpretes eius controversum, utrum propriam Λόγῳ suo ὑπόσασω vindicaverit, an vero divinam modo virtutem in eo agnoverit ⁹⁷⁾,

bre-

96) *Ibid.* l. XIII. c. 12. p. 657.

97) Posterior quidem praeter Soverainium l. l. p. 92. ff. coll. p. 399. ff. *Adpend.* et Basnagium in *Histoire des Juifs*, T. IV. liv. IV. c. 5. §. 9-18. inprimis defendunt Moshemius in *notz. ad Cudworth.* c. IV. §. 36. n. 14. p. 640. ff. et Pl. Rev. Car. Frid. Lohdus in *Diff. de modo, summam religionis christianae ante Christum tradendi, eiusque vestigiis in Philone Iudaeo*, (Lips. 1774. 4.) p. 31. f. priorem autem sententiam tuentur Bruckerus in *Histor. crit. Philos.* T. II. p. 809. ff. Christ. Alb.

Doederleinus in *Comm. de Ebionaeis e numero hostium divinizatis Christi eximendis*, pag. 58. ff. Plessingius l. l. p. 545. ff. b. Ierusalemius *Opp. posthum.* Vol. I. p. 617. f. et Tiedemannus in: *Geist der Speculariv. Philosoph.* Vol. III. p. 132. quibus accensendus etiam est auctor ignotus in *Beytraegen zur Befoerderung des vernünftigen Denkens in der Relig.* Part. V. p. 172. ita scribens: *Ge-wiss Philo muss eine Substanz unter dem Logos verstehen, oder man kann nicht mehr wissen, wenn er von Substanzen, und wann von Tugenden oder*

brevissimis saltem ea de re dicam sic, ut quae verior sit sententia, quemlibet sperem sponte esse intellecturum. Philonem igitur aequae ac scriptores illos apocryphos primum *Σοφίας* et *λόγος* vocabulis tanquam synonymis in hac causa uti, praeter alia loca, in quibus invicem permutantur, ille inprimis declarat, qui in *lib. I. leg. Alleg.* 98) legitur, ubi αὐτῆ, (scil. ἀγαθότης) inquit, ἐκπορεύεται ἐκ τῆ Ἐδέμ τῆ Θεῶ σοφίας ἢ δὲ εἶναι ὁ Θεῶ λόγος. Hinc autem sua iam sponte intelligi poterit, Philonem etiam in illo *λόγῳ* primum quidem nihil nisi ipsam Dei rationem atque intelligentiam cogitasse, quam ille ab aeterno inde secum habuit; unde αἰδῖος etiam *λόγος* ei dicitur 99). Idem tamen ex eo etiam adparet, quod Deum in hoc *λόγῳ*, tanquam domo sua, dicit habitare 100), quodque intelligibilem mundum, quem Deum, antequam hunc visibilem conderet, secum dicit concepisse 1), nihil aliud esse defendit, quam eius

oder andern Modificationen und Eigenschaften rede.

98) *T. I. Opp. p. 56. ed. Mang.*

99) *De plantat. Noë T. I. p. 332.*

ὁ δὲ μέγας Μωϋσῆς ἰδὼν τῶν γεγονότων τῆς λογικῆς ψυχῆς τὸ εἶδος ὁμοίωσεν, ἀλλ' εἶπεν αὐτὴν τῷ Θεῷ καὶ αὐράτως εἰκόνα, δόκιμον εἶναι νομίμας ἐσιωθεῖσαν καὶ τυπωθεῖσαν σφραγίδι Θεῶ, ἧς ὁ χαρακτῆρ ἐστὶν αἰδῖος λόγος.

100) *De migrat. Abrab. T. I.*

p. 437. Καὶ γὰρ τὸν τῶν ὕλων νῦν τὸν Θεὸν, οἶκον ἔχειν φησὶ τὸν ἑαυτοῦ λόγον; unde lucem accipit alius locus, in quo cum simili modo commemoret οἶκον Θεῶ, eique proxime iungat τὴν τῷ Θεῶ σοφίαν, haec tanquam per ap-

positionem sibi invicem iuncta erunt accipienda. Legitur autem is in *Allegor. I. T. I. p. 59.* ubi de discrimine inter prudentiam particularem et universalem differit, deque hac posteriori haec habet: ἢ δὲ καθόλου φρόνησις ἢ εἰκόνα τὴν Θεῶ σοφίαν καὶ τὸν οἶκον αὐτῆ, καλὴ ἄφθαρτος γὰρ ἐν ἀφθάρτῳ οἴκῳ διαμένει; in quo loco et hoc notari meretur, illum οἶκον Θεῶ dici ἄφθαρτον.

1) *De opific. mundi T. I. p. 4.* προλαβὼν γὰρ ὁ Θεὸς ἅτε Θεός, ὅτι μίμημα καλὸν ἐκ ἂν ποτε γένοιτο κάλλος ἰσχυροῦ παραδείγματος, ἰδέ τι τῶν αἰσθητῶν ἀνυπαίτιον, ὃ μὴ ποδὲ ἀρχέτυπον καὶ νοητὸν ἰδέαν ἀπεικονίσθαι, βυβληθεὶς τὸν ὄρα-
τὸν

eius Λόγον, eamque rem exemplo artificis, imaginem urbis condendae animo secum concipientis, illustrat³⁾. His enim nonne aperte docet, Λόγον Θεῶν nihil aliud esse, nisi eius rationem, quam semper secum habeat, quaque ipsi in quibuscunque rebus concipiendis atque effingendis fit utendum? Accedit vero et hoc, quod in loco infra laudando pro voce λόγος diferte substituit τὴν τῶ Θεῶν ἐπισήμην. Hunc autem Λόγον Deum iam, cum mundum a se conceptum condere vellet, primum omnium docet genuisse³⁾, et quidem sic

τὸν τριτὸν κόσμον διμυροῦσιν, προεξετύπη τὸν νοητὸν, ἴνα χρώμενος ἁνωμάτω καὶ θεοειδεστάτῳ παραδείγματι, τὸν σωματικὸν τῆτον ἀπεργάσῃται, πρεσβυτέρῳ νεώτερον ἀπεικόνισμα, τοσαῦτα περιέξοντα αἰσθητὰ γένη, ὅσαυτ' ἐν ἐκείνῳ νοητά.


2) L. L. pag. ead. καθάπερ ἐν ἡ ἐν τῷ ἀρχιτεκτονικῷ προδιατυπωθεῖσα πόλις, τὴν χώραν ἐντὸς ἐκ εἶχεν, ἀλλ' ἐνεσφράγιστο τῇ τῷ τεχνίτῃ ψυχῇ, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐδ' ὁ ἐκ τῶν ἰδεῶν κόσμος ἄλλον ἂν εἶχοι τόπον, ἢ τὸν θεῶν Λόγον τὸν ταῦτα διακοσμήσαντα. Et paulo post p. 5: Εἰ δὲ τις ἐβελήσειε ἡμινοτέροις κηρύσσασθαι τοῖς ὀνόμασιν, ἐδὲν ἂν ἕτερον εἴποι τὸν νοητὸν εἶναι κόσμον, ἢ Θεῶν Λόγον ἢ τῆ κοσμοποιῦντος. Ἦδε γὰρ ἡ νοητὴ πόλις ἕτερόν τι ἐστὶν ἢ ὁ τῷ ἀρχιτέκτονος λογισμὸς, ἢ δὴ τὴν αἰσθητὴν πόλιν τῇ νοητῇ κτίζειν διανομμένη. — Δῆλον δὲ ἔστι καὶ ἡ ἀρχιτέκτονος σφραγίς, ὃν φάμεν εἶναι κόσμον νοητὸν, αὐτὸς ἂν εἴη τὸ ἀρχιτέκτονον παράδειγμα, ἰδέα τῶν ἰδεῶν, ὁ Θεῶν Λόγος. Unde et hoc pendet, quod deinde sequitur p. 7. Ὁ μὲν ἐν

ἁνώματος κόσμος ἤδη πέρασ εἶχεν, ἰδενθεῖς ἐν τῷ θεῶν Λόγῳ, ὁ δὲ αἰσθητὸς, πρὸς παράδειγμα τούτου ἐτελειουργεῖτο.

3) De confus. ling. T. I. p. 414. ubi nomen ἀνατολῆς docet incorporeae Dei imagini bene convenire, hanc eius rei causam subiungens; τῆτον μὲν γὰρ πρεσβυτάτον υἶδὸν ὁ πάντων ἀνέτειλε πατήρ, ὃν ἐτέρωθι πρωτόγονον ὀνόμασε; e quo loco simul adparet, hunc Λόγον propter hanc ipsam nativitatem suam dici etiam υἶδὸν Θεῶν, et quidem πρωτόγονον, quod et aliis pluribus in locis de eo defenditur, a quibus tamen enumerandis ob spatii angustiam nunc video esse abstinendum. Alibi vero Allegor. I. II. Vol. I. p. 82. eandem τῷ Λόγῳ generationem describens, his verbis utitur: ἦν (σοφίαν τῷ Θεῷ) ἄκρην καὶ πρωτίστην ἔτεμεν ἀπὸ τῶν ἐαυτοῦ δυνάμεων, εἰς ἣς ποτίζει τὰς φιλοθεῶν ψυχὰς. Quemadmodum vero in his locis Deus τῷ Λόγῳ pater dicitur, ita alibi etiam matrem eius commemorat,

L

rat,



fic, ut videtur, ut loquendo ore eum emitteret⁴⁾; hincque eum dicit
ἀρχὴν

rat, sapientiam nimirum divinam, *de profug. T. I. p. 562.* haec scribens: διότι, οἴμαι, γουέων ἀφθάτων καὶ καθαρωτάτων ἔλαχεν, πατὴρ δὲ μὲν Θεῶ, ὅς καὶ τῶν συμπάντων ἐστὶ πατὴρ· μητρὸς δὲ σοφίας, δι' ἧς τὰ ἕλα ἤλθεν εἰς γενέσεις.

4) Id certe suadet locus *libr. de sacrif. Abel. et Cain. T. I. p. 175.* si contuleris eum cum locis iis, in quibus Deus per λόγον suum mundum dicitur creasse, quorum post quaedam excitabuntur. Hic enim de hac mundi creatione haec habet: ὁ γὰρ Θεὸς λέγων ἔμα ἐποίησεν, μηδὲν μετὰξὺ ἀμφοῖν τιθείς; et paulo post de λόγῳ Dei ita loquitur, ut in eo aperte cogitet fermonem, neutiquam vero rationem, haec quippe scribens: καθάπερ ἔν ὁ ἀγεννητὸς φθάνει πᾶσαν γενέσιν, ἔτω καὶ ὁ τῷ ἀγεννήτῳ λόγος παραθεῖ τὸν γενέσεως, καὶ ἀξούτατα ἐπὶ τῶν καταφέρεται, διὸ καὶ παρρησιάζεται φάσιων, ἤδη ἔφασι, ἐπεὶ καταλήψεται ὅς ὁ λόγος μὲν ὡς πάντα ἐφθάνοτος καὶ κατελιφύτος τῷ θεῷ λόγῳ. Εἰ δὲ ὁ λόγος ἐφθάνει, πολλῶ μᾶλλον ὁ λέγων αὐτὸς. Haud dubie igitur λόγον hunc a Deo genitum ab eo, qui in Dei intellectu prius latuerat, eodem modo iudicavit differre, quo omnino dicit λόγον quemcumque, qui mente concipiatur, ab eo, qui ore profe-

ratur, diversum esse, *de migrat. Abrah. T. I. p. 447.* λόγος δὲ ὁ μὲν πηγὴ εἶσιν, ὁ δὲ ἀπορροή· πηγὴ μὲν ὁ ἐν διανοίᾳ, προφορὰ δὲ ἡ διὰ στόματος καὶ γλώττης, ἀπορροή. Neglectum autem huius duplicis, ex sententia Philonis λόγῳ divini discrimen multis fraudi fuit, ut mentem eius non satis assequi possent, eumque inconstantiae in notione τῷ λόγῳ definitio accusarent, quod accidisse v. c. vidit Cl. Ioh. Fr. Flattio in *vermischten Versuchen*, (Lipf. 1785. 8.) pag. 248. ff. et b. Oelrichio in *Comment. saepissime iam laud. p. 65. f.* itemque altero libello *de doctrina Platonis etc. Sect. III. §. 3. pag. 105.* Neque minus neglecta huius rei observatio induxit etiam his, qui Philonem non nisi attributum aliquod divinum in λόγῳ suo cogitasse contenderent, ut, cum de quibusdam locis id valere intelligerent, in omnes hoc transferri posse iudicarent. Unus tamen est, quem hoc duplicis λόγῳ Philoniani discrimen recte intellexisse cognovi, Steph. Nyeus, cuius verba ex libro de S. Trinitate, adversus Allixium scripto, Artemonii fide recitat S. V. Carpzovius in *Philonian. Exercitat. in epist. ad Hebr. praemiss. l. VII. c. VI. p. CXXXV.* haec: *In et cum Philone distinguere debet inser Logon,*

ἀρχὴν ⁵⁾), itemque τὸν πρεσβύτερον τῶν γένεσιν εἰληφόταν ⁶⁾), vel πρεσβυτάτον καὶ γενικώτατον τῶν ὅσα γέγονε ⁷⁾); Deum autem τὴν τῆ πρεσβυτάτη λόγῳ πηγὴν ⁸⁾) adpellat. Ab hoc igitur tempore λόγος iste ex mente Philonis a supremo patre separatus et per se coepit subsistere, fuitque iam proxima ei progenies ⁹⁾), inter quam et ingenitum patrem nulla alia natura interiaceret, omnibusque divinae naturae copiis ita instructa, ut exactissimam Dei imaginem referret ¹⁰⁾). Quoniam vero eum ideo potissimum a Deo genitum

L 2

fuisse

gon, Deo creatori essentialem, et a Deo creatore personaliter non distinctum, atque inter Logon, personam ab eo distinctam creatamque: quae tamen non satis accurate scripta iudicat Carpovius, ipse quidem alius generis duplicem λόγον Philonianum constituens, quem me tamen non reperisse, ingenue fateor.

5) *De confus. linguar. Vol. I. p. 427.*

6) *De migrat. Abrab. T. I. p. 437.*

7) *Allegor. l. III. T. I. p. 121.*

8) *De eo, quod deter. potiori insidiat. T. I. p. 207.*

9) Unde illud pendet, quod habet *Allegor. l. II. Vol. I. p. 82.* τὸ τε γενικώτατόν ἐστιν ὁ Θεός, καὶ δεύτερος ὁ Θεὸς λόγος.

10) Hinc saepissime dicitur εἰκὼν τῆ Θεῖ, v. c. de *Monarch. l. II. T. II. p. 225.* λόγος δὲ ἐστιν εἰκὼν Θεῖ, δι' ἣ σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο, it. ὁ κατ' εἰκὼνα ἔκδηρατος, de *confus. ling. T. I.*

p. 427. quam adpellationem bene adversus Mangeyum tuitus est S. V. Carpovius l. l. p. CXXIII. Neque alia haud dubie de causa eodem in loco eum dixit ὄνομα Θεῖ; imo ob hanc ipsam cum Deo similitudinem Deum adeo eum adpellari concedit, neque tamen aliter, quam per abulum inque imperfectiorum gratiam id fieri contendit; quod duo potissimum loca declarant, quorum alter legitur in *libr. de somn. Vol. I. pag. 655.* τί ἐν κρή λέγειν; ὁ μὲν ἀληθεῖα Θεός εἰς ἐστιν· οἱ δ' ἐν κατακρήσει λεγόμενοι πλείους. Διὸ καὶ ὁ ἱερὸς λόγος ἐν τῷ παρόντι τὸν μὲν ἀληθεῖα, διὰ τῆ ἀρεθρα μεμνηνυκεν, εἰπὼν, Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεός, τὸν δ' ἐν κατακρήσει χωρὶς ἀρεθρα φάσκων, ὁ ἀφθεῖς σοι ἐν τόπῳ, ἢ τῷ Θεῖ, ἀλλ' αὐτὸ μόνον, Θεῖ. Καλεῖ δὲ Θεὸν τὸν πρεσβυτάτον αὐτῆ νοῦν λόγον, ἢ δεισιδαιμονῶν περὶ τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' ἐν τέλος προσθεμιμένος πραγματολογῆσαι; alter autem *Allegor. l. III. Vol.*

fuisse statuit, ut mundus per eum conderetur, porro iam docet, omnium ei rerum creandarum ideas atque imagines a Deo inditas fuisse, hoc quidem consilio, ut normae atque exempli loco eas haberet, inque singulis efformandis accuratissime exprimeret, idque eum summa cum fide atque diligentia perfecisse defendit. Prius quidem in hunc modum describit, ut Deum dicat cum hac sapientia sua quasi (εχ ως άνθρωπον) congressum fuisse, eamque semine suo foecundasse: τὸν γὰρ, (sunt verba eius), τὸδε τὸ πᾶν ἐργασάμενον δημιουργὸν ὁμῶς καὶ πατέρα εἶναι τῷ γεγονότος εὐθύς ἐν δίκῃ Φήσομεν· μήτέρα δὲ τὴν τῷ πεποικηκότος ἐπισήμην, ἢ συνὼν ὁ Θεὸς, εχ ως ἄνθρωπος, ἔσπειρε γένεσιν. Ἡ δὲ παραδεξαμένη τὸ τῷ Θεῷ σπέρμα, τελεσφόροις ὡδίσι τὸν μόνον καὶ ἀγαπητὸν αἰσθητὸν υἷὸν ἀπέκτισε τούδε τὸν κόσμον¹²). In hac vero ἐπισήμῃ τῷ Θεῷ cogitasse eum λόγον a Deo genitum, ab eoque diversum, sequentia luculenter declarant. Pergit enim sic: Εἰσάγεται γὰρ παρὰ τινὶ τῶν ἐκ τῷ Θεῷ χωρῶν ἡ σοφία περὶ αὐτῆς λέγεται τὸν τρόπον τῆτον, (Prov. VIII, 22.) Ὁ Θεὸς ἐκλήσατό με πρωτίστῃ τῶν ἑαυτῷ ἔργων, καὶ πρὸ τῷ αἰῶνος

ἔθεμε-

Vol. I. p. 128. Οὗτος γὰρ (ὁ Λόγος) ἡμῶν τῶν ἀτελῶν ἂν εἴη Θεός, τῶν δὲ τεφῶν καὶ τελείων, ὁ πρῶτος.

11) De ebriet. T. I. p. 361.

12) Hinc intelligi iam poterit alius locus in libr. de eo, quod dicitur. *in sup. T. I. p. 201.* ubi haec habet: πατέρα δὲ τὸν γεννήσαντα κόσμον, μητέρα δὲ τὴν σοφίαν, δι' ἧς ἀπετελέσθη τὸ πᾶν, τιμῆς ἀξιώσεως. Quam enim hic σοφίαν dicit, eam statim ἐπισήμην adpellat, deque hoc utroque mundi

parente aperte ut de diversis loquitur, dum ita pergit: δέεται γὰρ εὐδενός, ἢτε ὁ πλήρης Θεός, ἢτε ἡ ἄκρα καὶ παντελής ἐπισήμη· ὥστε τὸν θεραπευτικὸν τῆτων μὴ τὸς θεραπευμένους ἀνευθεῖς ὄντας, ἀλλ' ἑαυτὸν μάλις ἀφελεῖν; in quo loco ἡ ἐπισήμη nullo profecto modo de attributo Dei accipi potest. Significavit autem hunc λόγον, propterea haud dubie σοφίας et ἐπισήμης nomine, quoniam eum, ut ante est demonstratum, divinae σοφίας progeniem indicavit.

ἐθεμελιώσέ με ἦν γὰρ ἀναγκαῖον τῆς μητρὸς καὶ τιθηνῆς τῶν ὄλων πάνθ' ὅσα εἰς γένεσιν ἦλθε, εἶναι νεότερα. Posteriorum autem his v. c. verbis tradit¹³⁾: καὶ ὁ γεννηθεὶς (sc. πρωτόγονος υἱὸς θεῶ) μέντοι μιμνήμενος τὰς τῆ πατρὸς ὁδὸς, πρὸς παραδείγματι ἀρχέτυπα ἐκεῖνις βλέπων, ἐμόρφωσεν εἶδη. Ex his vero sponte iam iudicari poterit, quid sibi velit in locis iis, in quibus Deum hoc λόγῳ suo tanquam instrumento in condendo mundo usum fuisse tradit, qualia sunt v. c. haec: Σκια θεῶ ὁ λόγος αὐτῷ ἐστίν, ᾧ καθάπερ ὄργανῶ προσχευσάμενος, ἐκοσμοποιεῖ¹⁴⁾; et: ὅτε ἐκοσμοπλαῖσει, (ὁ θεὸς) χηρυσάμενος ὄργανῶ τῆτῳ (τῷ λόγῳ) πρὸς τὴν ἀνυπαίτιον τῶν ἀπολελυμένων σύστασιν¹⁵⁾. Inprimis autem hic notandus est locus¹⁶⁾, in quo, postquam prius monuerat, in creatione cuiuscunque rei quatuor omnino spectari, τὸ ὕφ' ἧ, τὸ ἐξ ἧ, τὸ δι' ἧ, et τὸ δι' ἧ, h. e. ut ipse explicat, causam, materiam, instrumentum et finem, id ad mundi deinde creationem transfert in hunc modum: εὐρέσεις αἴτιον μὲν αὐτῷ τὸν θεόν, ὕφ' ἧ γέγονεν· ὕλην δὲ, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνεκράθη· ὄργανον δὲ λόγον θεῶ, δι' ἧ κατασκευάσθη· τὴν δὲ κατασκευῆς αἰτίαν, τὴν ἀγαθότητα τῶ δημιουργῶ. Neque tamen mundum tantum creasse statuit λόγον istum, sed omnes etiam naturas intelligentes¹⁷⁾, nominatimque etiam hominem,

L 3

et

13) *De confus. linguar. T. I. p. 414.*

14) *Allegor. l. III. T. I. p. 106.*

15) *De migr. Abrah. T. I. p. 437.*

16) *De cherub. T. I. p. 162.*

17) Has enim omnes complexum esse dicit τὸν κόσμον νητῶν, vel θεῶ λόγον, quod inprimis docet locus de *confus. ling. T. I. p. 431.* ubi εἰς ὧν,

inquit, ὁ θεὸς, ἀμυθῆτος περὶ αὐτὸν ἔχει δυνάμεις ἀρωγὰς καὶ σωτηρίας τῶ γενομένων πάσας — Δι' αὐτῶν τῶν δυναμῶν ὁ κόσμος καὶ νητὸς ἐπάγη κόσμος, τὰ τῶ φαινόμενα τῶδε ἀρχέτυπον, ἰδέαις λόγατοῖς συσταθεὶς, ὡσπερ ἕτος σῶμασιν ὄργανοῖς; quibus fimillima sunt, quae in *libr. de somn. T. I. p. 630.* tradit, ubi facta τῶ θεῶ λόγῳ mentio-

re

et quidem sic, ut ad suam ipsius imaginem cum hunc, tum
 illas

ne haec de eo addit: ὃν ἐκπεπλήρωκεν
 ἕλον δι' ἕλον ἀσωμάτους δυνάμειν αὐτοῦ
 ὁ Θεὸς, eademque p. 640. denuo
 repetit, τὸν Θεὸν τόπον, (qui, ut ex
 seqq. adparet, idem ei est, quam ὁ
 Θεὸς Λόγος,) πλήρην esse scribens ἀσω-
 μάτων Λόγων. Iam vero cum harum
 δυνάμεων ἀσωμάτων in priori loco ὅπα-
 δὲς esse dicat angelos in aëre versan-
 tes, ἔτι δὲ, inquiens, καὶ κατὰ τὸν
 αἴερα ψυχῶν ἀσωμάτων ἰερῶτατος χορὸς,
 ὅπαδὲς τῶν ἑρκυνίων ἀγγέλους γὰρ τὰς
 ψυχὰς ταύτας εἶπε καλεῖν ὁ Θεοπιρῶδης
 λόγος: necesse est, ut eas post ex Λόγω
 isto statuerit prodiisse, ita quidem,
 ut et ipsae peculiaria iam fierent
 ἀφιεγμένα; idque et alia eius loca
 haud obscure declarant. Hinc au-
 tem sponte iam adparere arbitrōr,
 quomodo iudicandi sint loci ii, in
 quibus hae δυνάμεις aperte describun-
 tur tanquam personae et naturae per
 se subsistentes, quorum nonnulli in
 seqq. laudabuntur. Harum autem
 δυνάμεων cum Deum innumeras (ἀμει-
 νήτους) habere, in priori loco diserte
 profiteatur Philo, aperti profecto er-
 roris convincitur Moshemius, qui
 locis quibusdam, in quibus quarun-
 dam modo harum δυνάμεων mentio
 fit, deceptus, nostrum quatuor omni-
 no rerum principia vel naturas divi-
 nas statuisse defendit in *not. ad Cud.*

worth. T. I. p. 644. ff. in quem eun-
 dem errorem Bruckerus etiam ab eo
 se abripi passus est, *Histor. civi.*
Philos. T. II. p. 808. ff. Neque enim,
 ut recte observavit b. Oelrichsius in
Comment. de doctrina Platonis etc.
Sect. III. §. 3. p. 110. in commemo-
 randis his virtutibus divinis constans
 est noster, sed pro argumenti, quod
 tractat, diversitate, modo plures,
 modo pauciores, modo has, modo
 illas, commemorat; atque in illo
 ipso loco, in quo luculentissima tripli-
 cis, praeter Deum, naturae divinae
 vestigia sibi reperisse visus est Mos-
 hemius, *de profug. T. I. p. 560.*
 (locus ipse post laudabitur not. 30.)
 non tres, sed sex potius divinae δυ-
 νάμεις commemorantur, a quibus ta-
 men, quae primo loco ponitur, ὁ
 Θεὸς Λόγος, ita discernitur, ut reliquis
 omnibus superior atque excelsior
 esse, easque ex Dei quidem volun-
 tate regere ac gubernare dicatur.
 Quod autem dicit, tres posteriores,
propitiam, imperatoriam et probibi-
toriam, non eodem cum reliquis loco
 haberi, sed a Deo potius separari,
 id rursus repugnat loco a me modo
 allato. Ibi enim illis δυνάμει Θεῷ
 ἀγωγῶν καὶ σωτηριῶν diserte etiam an-
 numerantur οἱ κολαήγιοι, hac addita
 ratione: ἔτι δὲ καὶ κολασίς ἐκ ἐπιζη-
 μιον,

illas¹⁸⁾ etiam efformaret; quare eum omnium praeter Deum rerum perinde dicit exemplar esse, ac Deus ipsius sit exemplar, ὡς περὶ γὰρ, inquit¹⁹⁾, ὁ Θεὸς παράδειγμα τῆς εἰκόνος, ἣν σκιάν νυνὶ κέκληκεν, ἕτως ἡ εἰκὼν ἄλλαν γίνεται παράδειγμα, ὡς καὶ ἐναρχόμενος τῆς νομοθεσίας ἐδήλωσεν, εἰπὼν, Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατὰ εἰκόνα Θεοῦ, ὡς τῆς μὲν εἰκόνος κατὰ τὸν Θεὸν ἀπεικονοσθείσης, τῆ δὲ ἀνθρώπου κατὰ τὴν εἰκόνα, λαβῆσαν δύναμιν παραδείγματος²⁰⁾. Quod vero ad λόγος modo, neque Dei ipsius imaginem

μιον, ἐμαρτυμάτων ἕσα κάλυσις καὶ ἐπανερθεωσις. Simili modo alibi etiam Abrahamo in visione illa trium virorum summum Deum, duabus δυνάμεισ. stipatum, se conspiciendum praebuisse tradit, has autem nunc ἐρχὴν et ἀγαθότητα, (de sacrif. Abel. et Cain. Vol. I. p. 173.) nunc vero τὴν ποιητικὴν et βασιλικὴν δύναμιν (de Abrab. T. II. p. 19.) fuisse dicit; alio vero in loco (de nomin. mizar. T. I. p. 581.) eidem Abrahamo unam modὸ βασιλικὴν δύναμιν visam fuisse defendit. Relinquitur ergo potius id, quod nobis satis iam videtur declarasse, Philonem summo quidem Deo unum modo λόγον eius proximum iunxisse, huic autem innumeras deinde alias naturas intelligentes subiecisse, quarum quamlibet divinae naturae quasi particulam quandam, illius λόγος intervenit, accepisse statuerit.

18) Hinc λόγοι illi, (quo vocabulo noster omnino videtur naturas in-

telligentes voluisse significare,) in libr. de somn. T. I. p. 638. dicuntur εἰκόνες τῶν ἀρχαῖτων καὶ ἀσωμάτων ἀκτίων τῆς λογικῆς πηγῆς (s. ut recte legendum potius suadet Mangeyus ἀγῆς) τῷ τελεσφόρῳ Θεῷ. In illo autem splendore Dei rationali nostrum nihil aliud, quam λόγον divinum cogitasse, nemini, qui reliquam illius loci partem cognoverit, vel tantillum dubium fore arbitror.

19) Allegor. I. III. T. I. p. 106.

20) Unde lucem accipit alius locus in libr. quis verum div. haer. T. I. p. 505. ubi hominis animum tertiam Dei effigiem dicit, ὡς, inquit, τὸν κατὰ ἑκατὸν ἡμῶν νῦν, ὃς διὰ κρυφῶς καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἄνθρωπος ἐστίν, τρίτου εἶναι τύπον ἀπὸ τῷ πεποιηκότος· τὸν δὲ μέσον, παράδειγμα μὲν τῆς ἀπεικονισμα δὲ εἰκόνος; quem locum recte monet Mangeyus in not. luculento esse argumento, Philonem in λόγῳ suo non minus ἐφιστάμενον aliquod cogitasse, quam

nem creata sint reliqua, eius rei hanc causam fuisse defendit²¹⁾, quod nihil mortale ad summi rerumque univcrfarum parentis imaginem fieri potuerit, nec fas etiam fuerit, quicquam, quod ortum habuisset, summo Deo simile reddi. Idem vero Λόγος, qui mundum condidit, eum, ex mente nostri, etiamnum ita conservat, ut omnia contineat atque constringat; neque vero conservat tantum, sed gubernat etiam, ei quippe regendo a Deo ipso praefectus. De priore haec eius loca testantur: Λόγος δὲ²²⁾ ὁ αἰδιος Θεὸς τῶν αἰώνων πρὸ ὀχυρώτατον καὶ βεβαιότατον ἔρεισμα τῶν ὅλων ἐστίν. Οὗτος ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα ταθεῖς, διολιχεύει τὸν τῆς Φύσεως δρόμον ἀήτητον, συνάγων τὰ μέρη πάντα καὶ σφίγγων, δεσμὸν γὰρ αὐτὸν ἀξένηλον τῶ παντὸς ὁ γεννήσας ἐποίει πατῆρ²³⁾; et alibi²⁴⁾: Ὁ τε γὰρ τῶ Ὀυῖος Λόγος, δεσμὸς ἂν τῶν ἀπάντων, ὡς εἴρηται, καὶ συνέχει τὰ μέρη πάντα, καὶ σφίγγει, καὶ κωλύει αὐτὰ διαλύεσθαι καὶ διαρτᾶσθαι. Posterius autem confirmatur loco *libr. de agricult.*²⁵⁾ in quo Deus, inquit, totum hunc mundum tanquam pastor et rex regit, προσηνάμενος τὸν ὄρθον αὐτῶν
Λόγον

quam in Deo, cuius illum imaginem esse dicat, et mente humana, cuius eum exemplar praedicet.

21) In fragm. apud Euseb. *Praep. Evang. l. VII. c. 13.* (in edit. *Opp. Mang. T. II. p. 625.*) Ἐνητὸν γὰρ ἰδὲν ἐπιμνησθῆναι πρὸς τὸν ἀνωτάτω καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἐδύνατο, ἀλλὰ πρὸς τὸν δεύτερον Θεὸν, ὃς ἐστὶν ἐκεῖνος Λόγος. Ἔδει γὰρ τὸν λογικὸν ἐν ἀνθρώπῳ ψυχῆ τύπον, ὑπὸ θεῖου Λόγου κληρονομήσειν. Ἐπειδὴ ὁ πρὸ τῶ Λόγου Θεὸς κρείστων ἐστὶν ἢ πᾶσα λογικὴ φύσις. τῷ δὲ ὑπὲρ τὸν Λό-

γον, ἐν τῇ βελτίστῃ καὶ τινὶ ἐξαιρέτῳ καθεστῶτι ἰδέσθαι, ἰδὲν θεῖος ἢ γεννητὸν ἐξαμοιῶσθαι.

22) Ita enim nunc, auctore Eusebio *Praep. Evangel. l. VII. c. 13.* legendum, quanquam editi libri eius loco exhibeant potius νόμος.

23) *De plantar. Noë. T. I. p. 331.*

24) *De profug. Vol. I. p. 562.* Ceteri etiam potest locus *libr. quis rerum divin. haer. T. I. p. 499.*

25) *T. I. p. 308.*

Λόγον, πρῶτόγονον υἱόν, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱεραΐς ταύτης ἀγγέλης, οἷά τις μεγάλῃ βασιλείᾳ ὑπαρχος, διαδέχεται; itemque alio ²⁵), ubi τίς ἂν, inquit, εἴη πλὴν ὁ Λόγος, ὁ πρεσβύτερος τῶν γένεσιν εἰληφῶ-
των, ἢ καθάπερ οἶακος ἐνειλημμένος ὁ τῶν ὅλων κυβερνήτης πηδαλι-
χῆ τὰ σύμπαντα. Omnino vero Deum, quicquid fieri velit, per
hunc Λόγον efficere, eoque ad homines nominatim nuntio atque
interprete uti ²⁷) statuit, ideoque omnia etiam, quae in V. T. libris
cum hominibus egisse dicitur Deus, huic Λόγῳ tribuit ²⁸), cumque
et alios putaret esse ministros atque nuntios, quibus Deus in homi-
num commodum uteretur ²⁹), quos, ut supra vidimus, ἀγγέλους
ἀππellaτ, quibusque Λόγον ἴστυμ statuit πρᾶεσσε ³⁰), eum hinc ἀρ-
καγγε-

26) *Demigrat. Abrab. T.I. p. 437.*

27) *Quis rer. divin. haer. T. I. p. 501.* "Ὁ δὲ αὐτὸς (Λόγος) ἰκέτης μὲν ἐστὶ τῷ θυντῷ κηραίνοντος ἑαί, πρὸς τὸ ἄφθαρτον, πρεσβευτὴς δὲ τῷ ἡγεμόνῳ πρὸς τὸ ὕψιστον.

28) Quod magna testimoniorum nostri scriptoris copia docuerunt Petr. Allixius in *The Judgment of the Jewish church against the Unitarians, c. XIII. p. 103.* ff. vers. germ. et c. XX. p. 249. ff. Geo. Bullus in *Defens. fidei Nicaenae, Sect. I. c. I. §. 16. p. 23.* ff. et Chr. Alb. Doederleinus *l. I. p. 81.*

29) De qua re videnda sunt, quae supra iam (p. 44.) attuli nostri loca.

30) Id in primis docet locus notabilis, in *libr. de prof. Vol. I. p. 560.* occurrens, ubi de causis disputans,

cur sex, non vero plures aut pauciores civitates refugii a Mose fuerint constitutae, haec tradit: Μήσοι' ἂν ἡ μὲν πρεσβυτάτη καὶ ἀχυρωτάτη καὶ ἑστίτη μητρόπολις, ἐκ αὐτῶ μόνον πόλις, ὁ θεὸς ἐστὶ Λόγος, ἐφ' ὃν πρῶτον καταφεύγειν ὠφελιμώτατον. Αἱ δ' ἄλλαι πέντε, ὡς ἂν ἀποικίαι, δυνάμεις εἰσὶ τῶ λέγοντος, (quod vocabulum Doederleinus *l. I. p. 66.* meo quidem sensu, aptissime vertit: *qui verbum istud protulit,*) ὡν ἄρχαι ἢ ποιητικὴ, καθ' ἣν ὁ ποῶν λόγῳ τὸν κόσμον ἐδημιόργησε· δευτέρα δ' ἢ βασιλικὴ, καθ' ἣν ὁ πεποιμένος ἄρχαι τῶ γενομένου· τρίτη δ' ἢ ἰλαωσ, δι' ἣς ὁ τεχνίτης οἰκτεῖται καὶ ἐλεεῖ τὸ ἴδιον ἔργον· τετάρτη δ' ἢ νομοθετικὴ μοῖρα, δι' ἣς ἂ μὴ χρὴ γίνεσθαι ἀπαγορεύει, κ. τ. λ. Tum paulo post p. 561. absoluta hac de sex refugii civitatibus allegoria, monet, quinque posteriores δυνάμεις
M
sua

χάγγελον³¹⁾ dicit, eiusque muneris hoc esse ait, ut probos quidem adiuvet, malos autem coërceat atque puniat³²⁾, omninoque mediatorem Deum inter atque homines agat³³⁾.

Ne quis vero dicat, fuisse hoc dogma Alexandrinis modo et inter Graecos degentibus Iudaeis proprium, ostendendum iam erit, Palaestinos etiam id commune cum iis habuisse; idque ex chaldaicis potissimum librorum V. T. paraphrasibus declarare constitui,

suas quamque figuras in sanctuario habuisse, de Λόγῳ autem haec deinde addit: "Ὁ δὲ ὑπεράνω τέτων Λόγος Θεῖος εἰ ὄρατὴν ἢ ἤλθεν ἰδέαν, (h. e. non habuit in isto apparatu figuram aliquam aut typum,) ἅτε μηδεὶ τῶν κατ' εἰσθῆσιν ἐμφερῆς ὢν, ἀλλ' αὐτὸς εἰκὼν ὑπάρχων Θεῷ, τῶν νοητῶν ἀπαξά- πάντων ὁ πρεσβύτατος, ὁ ἐγγυτάτω, μηδενὸς ὄντας μεθ' ὅριον διαστήματος, τὸ μόνον δ' ἔστιν ἀψευδῶς ἐπιδεδυμένος. Λέγεται γὰρ, Λαλήσω σοι ἄνωθεν τῆ Ἰλαρηεῖα, ἀνὰ μέσον τῶν θυῶν κερυβῖν' ὡς δ' ἠνάχον μὲν εἶνα τῶν δυνάμεων τὸν Λόγον, ἔποχον δὲ τὸν λαλῶντα, ἐπικελευόμενον τῷ ἠνάχῳ τὰ πρὸς ὀρθὴν τῆ παντὸς ἠνώχῃσιν. Addi vero huic etiam potest alius locus *de somn. Vol. I. p. 656.* ubi Λόγον illum dicit τὸν ἡγεμόνα πάντων τῶν δυνάμεων.

31) Quod nomen in multis ei locis tribuit, e quibus vel unum hic commemorasse suffecerit e *libr. quis rer. div. haer. T. I. p. 501.* τῷ δὲ κεκαγγέλω καὶ πρεσβυτάτῳ Λόγῳ δωρεῶν ἐξαίρετον ἔδωκεν ἢ τὰ ἅλα γεννήσας πα-

τήσ, ἵνα μεθ' ὅριον τὰς τὸ γενόμενον διακρίνη τῆ πεποικίματος.

32) *De somn. T. I. p. 633.* Ὁ γὰρ τῷ Θεῷ Λόγος, ὅταν ἐπὶ τὸ γενόμενον ἡμῶν σύστημα ἐψικηται, τοῖς μὲν ἀρετῆς συγγενέσι καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπιουλιανισιν ἐκρήγει καὶ βοηθεῖ, ὡς καταφυγὴν καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς προσίξειν παντελῆ, τοῖς δὲ ἀντιπάλαις ὀλεθρον καὶ φθορὰν ἀνάτατον ἐπιπέμπει.

33) *Quis rer. divin. haer. T. I. p. 501.* ubi, postquam eum esse dixerat ἰκέτην τῷ θυητῷ κεραινοτος ἀεὶ πρὸς τὸ ἀφθαρτον, πρεσβευτὴν δὲ τῷ ἡγεμόνῳ πρὸς τὸ ὑπήκοον, sic deinde pergit: Ἀγάλλεται δὲ ἐπὶ τῇ δωρεῇ, καὶ σεμνυόμενος αὐτὴν ἐκδιηγείτο φάσκων, Κἀγὼ εἰτήκειν ἀνὰ μέσον Κυρίου καὶ ὑμῶν, ἅτε ἀγέννητος ὡς ὁ Θεὸς ὢν, ἅτε γεννητός ὡς ὑμεῖς, ἀλλὰ μέσος τῶν ἀκρων, ἀμφοτέροις ὀμνησῶν· παρὰ μὲν τῷ φυτεύσαντι, πρὸς πῖσιν τῷ μὴ σίμπαν ἀφανίσαι ποτὲ καὶ ἄποσῆναι τὸ γένος, ἀκοσμίαν ἀντὶ κόσμου ἐλόμενον· παρὰ δὲ τῷ φύντι, πρὸς εὐελπισίαν τῆ μήποτε τὸν Ἰλεον Θεὸν περιεῖδεν τὸ ἴδιον ἔργον. Hinc dicitur etiam *ἄρχιερέως de somn. T. I. p. 653.*

quae, si vel maxime sint aetatis recentioris³⁴⁾, recte tamen ad antiquorum etiam Iudaeorum sententias cognoscendas poterunt adhiberi³⁵⁾, cum suarum opinionum semper tenacissimos fuisse constet Iudaeos. In his autem neminem fugit, saepissime commemorari מִימְרֵי דֵי, f. Verbum Dei, in cuius formulae sensu definiendo profecto non fuissent viri docti in tam diversas sententias abituri³⁶⁾, si ad ipsas auctorum harum paraphrasium opiniones, aliunde iam cognitae, eam revocare, quam ex suo arbitrio, aut pro sua quisque opinione praeiudicata interpretari maluissent. Id enim si fecissent, facile, puto, fuissent intellecturi, eos nihil aliud hac adpellatione voluisse significare, quam eandem illam, quam Iudaeos haecenus docui admisisse, divinam ὑπόστασιν, quam a Deo genitam, eique proximam atque simillimam iudicarunt, quamque non modo mundum statuerunt creasse, sed Dei etiam in omnibus, quae his in

M 2

terris

34) De qua re consulendus in primis est Ill. Eichhornius in classico libro: *Einleitung ins alte Testament*, Vol. I. p. 399. ed. II.

35) Hinc ipse etiam Eichhornius l. l. p. 409. statuit, traditiones quasdam iudaicas, ad quas librorum N. T. scriptores subinde respiciant, inde cognosci posse atque illustrari. Omnino autem, quae in scriptis Iudaeorum ad sextum saltem usque saeculum post C. N. exaratis occurrant opiniones, eas omnes Christi certe aetate antiquiores esse iudicandas, bene docuit Celeb. Korrodi, in libro absque nominis mentione a se edito:

Kritische Geschichte des Chiliasmus, Vol. I. p. 15. ff.

36) Quas qui cognoscere cupit, ei in primis adeundi sunt Io. Christ. Wolfius in *Biblioth. hebr.* P. II. l. VI. c. III. §. 4. p. 1185. ff. Sal. Deylingius in *Observat.* SS. P. I. Obs. XLIX. §. 6. p. 247. Io. Gottl. Carpzovius in *Critic. sacr.* V. T. P. II. c. I. §. 6. pag. 479. ff. et Iust. Mart. Glaesenerus in *Diss. de Trinitate in scriptis Cabbalistarum et Rabinorum non christiana, sed mere Platonica*, (Helmst. 1741. 4.) cap. II. §. 4. p. 39. quibus iungenda etiam sunt b. Frid. Imm. Schwarzii *Meletem. II. Iesus Targumicus*

terris et inter homines agat, quasi vicariam esse⁷⁷⁾. Haec enim, usu huius formulae vel leviter observando, singula poterunt inde doceri atque confirmari. Primum nimirum notandum est hoc, quod hac formula in locis saepenumero iis usi sunt, in quibus in hebraico textu commemoratur mens et animus Dei, vel is dicitur secum aliquid deliberasse, aut dixisse. Hinc enim admodum credibile fit, hos quoque Paraphrastas in illo, quod dicunt Verbum Dei, primo quidem causam vel fontem Verbi, h. e. rationem Dei aut eius universum potius animum cogitasse. Talis locus occurrit v. c. Gen. VI, 6. ubi quod in hebr. textu dicitur וינחם ויהוה, et poenituit Deum, ab Onkeloso vertitur sic: ותב יי במימריה, et poenituit Deum in Verbo suo, et vers. seq. hebraico כי נחמתי, haec apud eum respondent: אריר-חבית במימרי, quia poenitet me in Verbo meo; similiterque Gen. VIII, 21. hebraica: ויאמר יהוה ואמר יי במימריה, ab Interprete illo ita exprimuntur: et dixit Deus in Verbo suo. Idem vero מימרא interpretes illos pro *ὑποστάσει* etiam a Deo genita habuisse, perspicue docet locus, qui in Targum Hierosolymitano Gen. III, 22. occurrit, in quo quippe מימרא illud diserte dicitur unigenitus Dei filius. Traduntur enim ibi haec: ואמר מימרא דיי אלחיים הא אדם דכרית יתיה et dixit מימרא ויחירי בנו עלמי הוך מה דאנא ויחירי בשמי מרומא

Ver-

micus inscripta, et edita Torgav. 1758. atque Lipsi. 1759. 4.

37) Huic agnoscendo proximi quidem fuerunt ii, qui isto מימרא דיי מימרא דיי secundam divinitatis personam significari statuerunt, sed in eo tamen aberrarunt, quod quam nunc dicimus secundam divinitatis personam

Deique filium, eandem Iudaeos etiam illo nomine significasse sibi persuaserunt, a quo ne Mangeyus quidem satis sibi videtur cavisse, qui in Praefat. ad Philon. recte caeteroquin istud Paraphrastarum מימרא דיי cum Philonis λόγος et librorum apocryphorum Σοφία comparavit.

Verbum Domini Dei, ecce homo, quem creavi, unigenitus est in mundo meo, sicut ego unigenitus sum in coelis excelsis. Ex eodem vero loco simul et hoc adparet, isti Verbo Dei non modo creationem hominis tribui, sed id in coelo etiam dici quasi residere, quod utrumque aliis etiam pluribus locis confirmatur. Neque enim hominis tantum, sed universi etiam mundi creatio saepissime ei vel ibi etiam tribuitur, ubi in hebraico textu creationis nulla plane mentio fit. Sic v. c. Deut. XXXIII, 27. Onkelosus haec habet: *מְדוּר אֱלֹהִים וּמְלֻקְרָמִין בְּמִימְרֵיהֶם אֲחֻעְבֹּד עִלְמָא*, *habitationem Dei, qui in principio per Verbum suum condidit mundum;* similiterque Ies. XLV, 12. ubi in hebraico textu est: *אֲנֹכִי עֲשִׂיתִי אֱנָנִים בְּמִימְרֵי עֲבֹדוֹתַי אֶרֶץ*, Ionathan in paraphrasi sua haec ponit: *אֲנִי עָשִׂיתִי אֶרֶץ בְּמִימְרֵי עֲבֹדוֹתַי*, *ego in Verbo meo feci terram, cui simillima sunt, quae idem habet Ies. XLVIII, 13. ubi in hebraico textu manus Dei terram dicitur creasse, (אֶף-יָדַי יִסְרָה אֶרֶץ) apud nostrum autem haec leguntur: בְּמִימְרֵי שְׂכַלְלִית אֶרֶץ, per Verbum meum fundavi terram.* Ubi vero de hominis nominatim creatione sermo est, ibi a nostris quoque aequae ac a Philone ad huius Verbi divini imaginem dicitur creatus fuisse, quod docet locus Paraphraetae Hierosolymitani Gen. I, 27. in quo, cum in hebraico textu homo ad imaginem Dei creatus fuisse dicatur, ille contra sic habet: *בְּרָא מִימְרֵי רֵי וַיֵּצֵא אֱדָם בְּדִמְרֵיהֶם*, *creavit Verbum Dei hominem in imagine sua.* Quod autem in coelis dicitur versari, id bene convenit ei, quod apud Ionathanem Deut. IV, 7. traditur, id super folio excelso atque elevato sedere, precesque hominum exaudire, quodque apud eundem Exod. XVII, 16. per thronum maiestatis suae dicitur iurare. Neque tamen huic throno coelesti ita quasi alligatum putarunt istud Verbum, ut nunquam inde discederet, sed omnia potius in his terris cum olim effecisse, tum nunc etiam efficere statuerunt, quae

quae Deus fieri voluisset vel adhuc vellet, eiusque quasi visibilibus in his terris imaginem atque vicarium esse iudicarunt. Hinc enim in omnibus V. T. locis, in quibus de Deo vel decernente aliquid, vel loquente, vel agente atque instituyente, vel denique praesente sermo est, aut ubi commemoratur manus eius, vel facies, vel oculus auresve, semper huius **מִימְרָא דִּי** mentio fit sic, ut vel cum ipso Dei nomine permutetur, vel in locum manus, faciei, oculi aut aures substituitur; in quo facile est, consuetam horum Paraphrastarum in vertendis libris sacris versandi rationem, qua suas de rebus, quae narrantur, sententias atque opiniones in ipsam scriptorum sacrorum narrationem inferre solent, agnoscere. Id autem innumeris propemodum locis a me posset confirmari, si spatii angustia pateretur, nec id ab aliis iam abunde demonstratum nossem³⁸⁾. Eodem vero etiam pertinet illud, quod idem **מִימְרָא** diserte etiam dicitur **דִּי מַלְאָכָא דִּי**, *angelus Dei*, et **דִּי שְׂכִינְתָא דִּי**, *maiestas Dei*, cuius rei luculentissimum argumentum praebet locus Ionathanis Iud. VI, 11. ff. in quo haec aperte sunt Synonyma illius **מִימְרָא**. Nam qui v. 11. vocatur **דִּי מַלְאָכָא דִּי**, v. 12. et 16. dicitur **מִימְרָא** et v. 13. **דִּי שְׂכִינְתָא דִּי**, ubi in hebraico textu nomen **יְהוָה** eius loco ponitur. Nominatim vero populi Iudaici rex et princeps esse praedicatur Verbum istud, quod docet locus Onkelosi Deut. I, 32. 33. ubi haec habet: **לִיתִּיכּוֹן מִדּוּמִינִין בְּמִימְרָא דִּי אֱלֹהִיכּוֹן**, *non credidistis Verbo Domini, Dei vestri, quod*

38) Pertinent huc ea inprimis, quae hanc in rem collegerunt Raym. Martini in *Pugione fidei* P. III. dist. III. c. I. §. 4. 6. 7. pag. 630. ff. Petr. Allixius, *l. l.* p. 147 - 201. et pag. 297. ff. Geo. Bullus in *Defens. fidei* Nicaen. Sect. I. c. I. §. 19. p. 26. f. Herm. Witius in *Miscellan. Sacr. T. II. Exerc. III. §. 2. p. 70.* et b. Schwarzius in *Meler. I. de Iesu targumico*, §. 7. pag. 10.

quod dūctor fuit coram vobis in via. In eandem rem notandus etiam est locus Paraphraſtae Hieroſolymitani ad Deut. XXVI, 17. 18. in quo haec leguntur: ות מימרא דיי אמליכתון עליכון יומא דין ומימרא דיי אמלך עליכון לשמיה לעם למהוי לכון לאלהא: ויבא אלהים אל-אבימלך. *Verbum Domini regem conſtituiſtis ſuper vos hodie, ut ſit vobis in Deum: Verbum etiam Domini conſtituit ſe in regem ſuper vobis nomine ſuo, ut ſitis ipſi populus dilectus, veluti peculium.* Qui locus aperte ſimul declarat, diverſam a Deo ὑπότασιν noſtros in illo מימרא דיי cogitaſſe, cum hic diſerte dicatur Dei nomine rex ſuper Iſraēlitas fuiſſe conſtitum. Idem vero etiam docent Onkeloſi atque Ionathanis verba ad Gen. XX, 3. ubi quod in hebraico textu dicitur: ויבא אלהים אל-אבימלך, ab iſtis Interpretibus ita vertitur: ומת-מימרא מן-קדם יי לות-אבימלך, et venit Verbum a Deo ad Abimelechum. Si enim Verbum iſtud a Deo ipſo, ut multi volunt, diverſum non eſſet iudicandum, aperte hic diceretur, veniſſe Deum a Deo. Neque minus perſpicuum eius rei argumentum praebet alius, iſque inprimis notabilis locus, quem ex Targum Hieroſolym. ad Exod. XII, 42. laudavit iam Doederleinius³⁹⁾, quemque nec hic piget latine ſaltem verſum adponere, cum et alia, quae de hoc מימרא aſſerui, eo confirmentur. Habet autem ſic: *Quatuor noctes ſcriptae ſunt in libro memoriarum. Nox prior, quando adparuit Verbum Domini ſuper mundo ad creandum ipſum, cum eſſet mundus vacuus atque inanis, et tenebrae expansae ſuper facies abyſſi, et Verbum Domini lucebat et illuſtrabat. — Nox ſecondā, quando adparuit Verbum Domini Abrahamo inter ſeſſiones. — Nox tertiā, quando adparuit Verbum Domini contra Aegyptios in media nocte:*

39) In *Commentar. de Ebronacis etc.* §. 23. pag. 116.

nocte: dextra eius interfecit primogenitos Aegyptiorum ⁴⁰⁾, et dextra eius liberabat primogenitos Israelitarum. — Nox quarta, cum adimplebitur finis mundi, ut dissolvatur, funes impietatis vastabuntur, et iuga ferrea rumpentur: Moses exiit e medio deserti, Rex autem Messias e media Roma: hic praebit in nube, alter etiam praebit in nube, et Verbum Domini dux erit inter ambos et ipsi incendunt simul.

Cum hac autem Paraphrastarum chaldaeorum in voce מִימֵי אֱלֹהִים usurpanda consuetudine forsitan etiam illud poterit comparari, quod in versione Pentateuchi Samaritana, quam cum Onkelosi quidem paraphrasi multum omnino similitudinis habere iudicat Eichhornius ⁴¹⁾, nomini Dei plerumque angeli, vel angelorum eius nomen substituitur, si quidem verum est, quod Bruckerus defendit ⁴²⁾, in angelis illis auctorem huius versionis non virtutem aliquam aut vim Dei, ut Relandus ⁴³⁾, Buddeus ⁴⁴⁾ et Basnagius ⁴⁵⁾ statuerunt, sed emanationes potius Dei substantiales, certa quae ratione et essentiae definitione modificatas cogitasse. Verum hac de re iudicium esto penes viros, harum litterarum me peritiores. Fuisse tamen doctrinam de naturis divinis emanando a Deo profectis inter

Sama-

40) Idem ergo hic isti מִימֵי tribuitur, quod auctorem libri Sapientiae supra (p. 73.) vidimus Λόγῳ suo tribuisse. Ita nimirum ille huius Λόγῳ ad perdendos Iudaeorum primogenitos de coelo descensum describit Cap. XVIII, 15. 16. Ὁ παντοκράτωρ σε Λόγος ἀπ' ἑβραίων ἐν θρόνων βασιλείων ἀπότομος πολεμιστῆς εἰς μέσον τῆς ὀλοθρίας ἤλατο γῆς· ἕξτος ὄξυ τὴν ἀνοπάκειτον ἐπιταγὴν σε φέρον, καὶ τὰς

ἐπλήρωσε τὰ πάντα θανάτου· καὶ ἑβραῖοι μὲν ἤπτετο, βεβήκει δὲ ἐκ γῆς.

41) In *Introduc. in libr. V. T.* Vol. I. p. 553. ff. ed. 2dae.

42) In *histor. critic. philos. T. II.* p. 666.

43) In *Dissert. miscell. P. II.* p. 29. f.

44) *Histor. eccles. V. T.* p. 1046.

45) *Histoire des Juifs, L. II. c. 2.* p. 26.

Samaritanos non omnino incognitam, ex Simonis certe magi historia videtur intelligi posse. Cum enim hunc, narrante Luca Act. VIII, 10, sectatores eius τὴν μεγάλην τῆς Θεῆς δύναμιν dicuntur praedicasse, hoc ipso haud obscure mihi videntur declarasse, se et alias admittere Θεῆς δυνάμεις, quarum, quae in hoc viro resederit, summam et praecipuam iudicarent ⁴⁶⁾: cui et illud convenit, quod ipse Simon uxorem suam, Helenam, Iustino Martyre teste ⁴⁷⁾ τὴν ὑπ' αὐτῆς ἔννοιαν πρώτην γενομένην dixisse traditur. In hac enim ἔννοια Iustinum certe Martyrem naturam aliquam intelligentem, ex altero profectam, cogitasse, id mihi suadere videtur, quod alio in loco ⁴⁸⁾ de Minerva dicit, Iovis filiam eiusque πρώτην ἔννοιαν gentiles eam venditasse, hoc consilio, ut Christianorum de Λόγῳ Dei doctrinam similitudine quadam effingerent. Praeterea vero possem fortasse et hoc commemorare, quod Plessingius ⁴⁹⁾ iam defendere conatus est, in illo etiam nobilissimo Prov. VIII, 22, loco eiusdem de natura aliqua intelligente ante mundum conditum a Deo prognata, huncque deinde creante atque gubernante opinionis vestigia latere, cum et hic Sapientia ante mundi initia apud Deum fuisse (v. 22.) dicatur, ab eoque genita adpelletur (v. 23.) mundique eī creatio tribuatur (v. 30.). Sed vereor, ne paucis consentientibus id defendam,

46) De natura enim per se subsistente eos in voce δυνάμεις cogitasse, recte, meo quidem sensu, statuit Bruckerus *l. l.* p. 670. cui assentire etiam viderat b. Walchius in *histor. haeres. et contrrov. de relig. T. I. l. I. c. I. Sect. III. §. 10. p. 155. l.*

47) *Apol. I. §. 34. p. 24.*

48) *Eiusd. Apol. §. 84. pag. 61.*

ubi haec eius verba sunt: καὶ τὴν Ἀθηνῶν δὲ ἐμοίως ποιηζομένην, θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν, καὶ ἀπὸ μίσεως, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔννοηθέντα τὸν Θεὸν διὰ Λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἐγνώσαν, ὡς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἔφασαν τὴν Ἀθηνῶν.

49) In *Versuch. zur Aufklar. des aeltest. Alterth. Bd. II. Part. II. lib. V. P. II. S. II. §. 12. p. 521. ff.*

dam, cum inter omnes fere Interpretes de eo nunc videatur convenire, divinae sapientiae attributum per profopopoeiae figuram hic describi; et in tantum iam praeter opinionem huius scripti moles excrevit, ut non liceat huius coniecturae meae causas latius explicare. Sufficit vero iam hoc, primos certe ecclesiae christianae doctores, ut vel ex locis supra a me excitatis potuit intelligi, hunc Salomonis locum ad suam de Λόγῳ doctrinam unanimi fere consensu transtulisse, in eoque non minus, quam in aliis V. T. locis, perperam tamen plerumque intellectis, huius doctrinae suae argumenta sibi visos esse reperiisse. Ad haec autem librorum sacrorum praesidia suae doctrinae paranda per eosdem haud dubie sunt adducti, quos universae huius doctrinae primos habuere doctores. Hos autem ecquis tandem post ea, quae haecenus a me sunt demonstrata, alios fuisse existimet, quam Iudaeos? Ab his enim cum primos constet Christianos omnes profectos esse, hique alios deinde suae religionis dogmata edocuerint, quid mirum, si per hos illorum etiam propria dogmata in religionem christianam transferint, cumque huius sententiis permixta fuerint? Hinc igitur factum esse arbitror, ut cum doctores nostri, quorum causam defendere suscepimus, Ioannem Evangelistam vocabulum Λόγῳ de Christo viderent usurpasse, eumque pleraque fere, quae Iudaei de suo Λόγῳ praedicare soliti fuerant, in hunc quoque transtulisse deprehenderent, ea omnia ad horum opiniones accommodate intelligerent, iamque eadem in V. etiam T. locis, ex quibus illi suae doctrinae argumenta petere consueverant, tradi statuerent, hincque omnem illam doctrinam ipsa librorum sacrorum auctoritate confirmari firmiter sibi persuaderent.

Si autem haec fuit dogmatis a nostris defensi origo, sponte iam intelligitur, id neutiquam fuisse a Platonicis philosophis transfumtum,

sumtum, primumque ab iis in religionis doctrinam translatum; quanquam caeteroquin minime possit negari, horum etiam philosophorum de illo doctrinae capite statuendi atque praecipienda rationem multum ipsis cum suis scitis similitudinis habere visam esse, quod temere profecto negavit Baltus ⁵⁰⁾, recteque contra asseruit Cudworthus ⁵¹⁾, et nuper etiam Oelrichsius ⁵²⁾. Ad Iudaeos vero num ex Platonica schola dogma hoc traductum fuerit, an vero aliunde ad eos pervenerit, altioris indaginis quaestio est, cui vero solvendae nunc quidem non magis, quam reliquis, quae ex eadem illa philosophia in christianam Theologiam dicuntur transiisse, excutiendis, operam possum impendere, alio tamen tempore cum haec perfecuturus, tum de illa etiam re consulto forsitan atque uberius expositurus.

Nunc vero ad id pervenire animus gestit, quod mihi haec scribendi laetissimam occasionem praebuit. Accidit nimirum singulari divini Numinis providentia atque insigni SERENISSIMI PRINCIPIS nostri, ELECTORIS SAXONIAE, PATRIS PATRIAE DILECTISSIMI, EIVSQUE AMICORVM erga me gratia ac benevolentia, ut, cum eo ipso tempore, quo ad capeffenda gravissima munera in Vitebergensi academia mihi demandata ex hac urbe eram abiturus, inopinato b. Mori obitu locus in Ordine Theologorum Lipsiensi esset vacuefactus, is mihi occupandus decerneretur. Quae insperata plane fortunae meae commutatio cum

N 2

multis

50) *Defense des SS. Peres, accusés de Platonisme*, l. IV. c. XII. p. 517. ff.

c. IV. §. 36. p. 730. ff.

52) *In Comment de doctrine Platonis de Deo etc.* S. II §. 3. pag. 61. ff.

51) *In System. intellect.* P. I. er §. 10. pag. 96. ff.

multis de causis non possit non aequè mihi iucunda esse, ac honori
 eam cedere intelligo, non habeo equidem, quod ardentius optem,
 aut impensius capiam, quam ut laetitiam ea re mihi creatam
 gratumque pro tam luculento favoris erga me documento ani-
 mum, non modo partibus demandati mihi muneris fidelissime
 explendis possim significare, quod per omnem vitam, quantum
 per corporis imbecillitatem fieri poterit, efficere studebo, sed ver-
 bis etiam apud alios quam plurimos declarare. Eius autem rei
 largissimam mihi copiam facere poterit huius ipsius muneris ex
 maiorum more oratione publice recitanda adeundi solennitas, si
 quidem VOS, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, PRINCEPS
 HASSIAE HAEREDITARIE SERENISSIME, COMITES ILLV-
 STRISSIMI, VTRIVSQVE CIVITATIS PROCERES GRAVIS-
 SIMI, COMMILITONES denique ORNATISSIMI, mihi oratio-
 nem illam proximo d. XV. Octobr. h. IX. in Auditorio maiori
 habituro, frequentes volueritis adesse. Hoc igitur beneficio ut
 pietatis declarandae studium meum adiuvetis, observantissimis
 VOS precibus rogo, eiusque memoriam me gratissima semper
 mente esse servaturum spondeo. P. P. Lipsiae, Dom. XX. post F.
 Trinitatis A. C. N. MDCCCLXIII.

Jf 788

TA-OC

ULB Halle


007 412 312


3



h. t.







Farbkarte #13

B.I.G.



DE
 S VETERIS ECCLESIAE
 PTAE PER PLATONICAS
 AS THEOLOGIAE
 BERANDIS
 ENTATIO II.

QVA
 NDAM ORATIONEM
 SPICIUS MVNERIS
 THEOLOGIAE ORDINARIU
 OCTOBR. MDCCCXCIII.
 H. L. Q. C.

SE HABENDAM
 SSIME INVITAT
 GVSTVS THEOPHILVS KEIL
 ET CONSISTORII LIPSIENSIS
 ASSESSOR.

LIPSIAE
 ICINA SAALBACHIA.

